This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

Gd
35
30

Gd 35.30

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

DE

AELIO DIONYSIO MVSICO

QVI VOCATVR

DISSERTATIO PHILOLOGA

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM
ORDINIS IN VNIVERSITATE FRIDERICIA
GVILELMIA RHENANA RITE IMPETRANDOS VNA
CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS DIE IX
MENSIS AVGVSTI ANNI MDCCCLXXXVI HORA XII
PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

CAROLVS SCHERER
CASSELLANVS

ADVERSARII ERVNT

IVLIVS SCHOENEMANN DR. PHIL.
IVLIVS ZIEHEN DR. PHIL.
AVGVSTVS BRINKMANN STVD. PHIL.

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.
MDCCCLXXXVI

Gd 35.30

HARVARD COLLEGE
DEC 26 1914
LIBRARY
Constantius fund

FRANCISCO BVECHELER
EDVARDO LVEBBERT
HERMANNO VSENER

In Naberi Prolegg. ad Phot. ed. p. 24 leguntur haec: *Fuit Aelius Dionysius Halicarnassensis tempore Hadriani Imperatoris, qui* ἀττικῶν ὀνομάτων λόγους πέντε *conscripsit, quorum memoriam nuper revocavit Cobetus Mnemosynes X, 50. Suidas tradit eum Musici cognomen habuisse scripsisseque* ῥυθμικὰ ὑπομνήματα, μουσικὴν ἱστορίαν, μουσικὴν παιδείαν *et* τίνα μουσικῶς εἴρηται ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ ..... *caetera sine vestigio perierunt, ex libris de atticis nominibus bona pars superest.* Fugerat sane illum Schneideri commentatio, quam 'de Callimachi operum tabula, quae exstat apud Suidam' scriptam a. 1862 in lucem emiserat [1], quo opusculo sospitator quodammodo Dionysii Musici, qui vocatur, factus est; norat nondum Wachsmuthii dissertationem symbolae philologorum Bonnensium tomo priori insertam, qua insistens in Schneideri vestigiis restituendi Dionysii historiam musicam viam atque rationem nos docuit (p. 145—152). Post hos duumviros Dionysius quamquam minime neglectus est, tamen tantum abest ut totus quasi erutus sit atque effossus, ut etiamnunc ad impertiendas novas curas invitet.

[1] Repetita est in Callim. II p. 2 sqq.

Caput I

De Dionysii vita et scriptis

Perpauca a veteribus de vita Dionysii nobiscum communicata sunt. In primis est Suidae testimonium s. v. Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος, σοφιστής, καὶ Μουσικὸς κληθεὶς διὰ τὸ πλεῖστον ἀσκηθῆναι τὰ τῆς μουσικῆς. ἔγραψε δὲ ῥυθμικῶν ὑπομνημάτων βιβλία κδ΄, μουσικῆς ἱστορίας βιβλία λς΄ (ἐν δὲ τούτοις αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν καὶ ποιητῶν παντοίων μέμνηται), μουσικῆς παιδείας ἢ διατριβῶν βιβλία κβ΄, τίνα μουσικῶς εἴρηται ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ βιβλια ε΄. Popularem igitur nostrum fuisse Dionysii rhetoris nobilissimi, floruisse [1] sub Hadriani imperio comperimus. Herodiano aetate superiorem fuisse discimus ex Suida s. v. Ἡρῳδιανὸς Ἀλεξανδρεύς [2]. Exercuit haec quaestio viros doctissimos utrum Aelius Dionysius lexici attici conditor et Dionysius ὁ μουσικὸς pro una eademque persona habendi sint an melius disiungatur alter ab altero, qua in solvenda, qui in atticista studia posuerunt, elaboraverunt. Nam cum post alios Naber Prolegg. p. 24 atticistam cum musico confunderet, recentiore aetate non defuerunt, qui discernerent, quorum antesignanus post Rindfleischium (De Pausaniae et Aelii Dionysii lexicis rhetoricis diss. Regimont. a. 1866 p. 11) Schwartz [3] exstitit. At adest mirus quidam consensus patriae, aetatis, nominis [4]. Halicarnassensem fuisse atti-

---

[1] De γέγονε nostro loco pro ἤκμαζε dicto v. Rhode Mus. Rhen. XXXIII p. 150.

[2] Herodianum sub Marco Antonino Romam venisse testatur vita a Theodosio grammatico composita. cf. Lentz I praef. p. VI et p. VIII med.

[3] Collegit Schwartz Dionysii reliquias dissertatione a. 1877 Traiecti ad Rhenum emissa, qui tamen iusto plura in Dionysium cumulavit. v. Freyer, *Leipsiger Studien* V p. 240.

[4] Quod Schwartz ad probandam opinionem affert Dionysium musicum nusquam laudari Aelii nomine addito, nullius sit momenti, cum haec fere pendeant e scientia aut ex arbitrio scriptorum. Αἴλιος Διονύσιος solis,

cistam patet e compluribus testimoniis, quae collegit Schwartz p. XVIII not. 4, Hadriani temporibus floruisse Suidas testis est s. v. Διονύσιος Ἀλεξάνδρου. Neque quisquam mirabitur, quod in indice supra exhibito nulla grammaticorum operum mentio fit, quippe cum quam mutilati sint non pauci Suidae indices nemo non noscat neque nostrum integrum esse infra videbimus[1]. Itaque donec meliora doceantur, atticistam confundi cum musico malo atque in hunc transferam, quae de illo traduntur[2]. Unde pleniorem nominis formam Αἴλιος Διονύσιος requirimus proavumque nostri Dionysii rhetorem Halicarnassensem fuisse cognoscimus[3]. Haec sunt omnia, quae ad vitam Aelii Dionysii explanandam aetatem tulerunt, testimonia.

Librorum tabulam, a Suida servatam supplere in promptu est. Accedit primum lexicum rhetoricum, quod duabus editionibus propagatum fuisse Photius bibl. cod. 152 testis est[4]. Hoc, cum de solis agamus musicis studiis, non curamus. Ad artem musicam vel rhythmicam spectat opus περὶ ὁμοιοτήτων inscriptum, cuius e libro primo fragmentum nobiscum communicat Porphyrius in doctissimo commentario in Claudii Ptolemaei harmonicam conscripto[5]. Restant denique quattuor fragmenta item apud Porphyrium servata, quae nescio cui de harmoniae doctrina libro tribuam. Suidas quattuor operum titulos tradit. Sed valde dolendum est, quod e tribus operibus ab illo laudatis ne γρῦ quidem ad nos pervenit dico commentariorum rhythmicorum libros viginti quattuor, disciplinae musicae vel sermonum libros viginti duos, libros denique, quibus, quae ad musicam spectant in Platonis re publica, illustravit[6]. Restat historia mu-

---

quantum video, debetur Eustathio et schol. Iliad. Z 378. Apud lexicographum Bekkeri, in scholiis Platonis atque Theocriti aliasque, ubi Dionysiana traduntur, nusquam Αἴλιος additur.

[1] Naberi post πολιτείᾳ inserentis ἀττικῶν ὀνομάτων coniectura non omni probabilitate caret.

[2] Sed cf. infra p. 14 sqq.

[3] v. Suidas s. v. Διονύσιος Ἀλεξάνδρου.

[4] cf. Rindfleisch l. l. p. 12. De titulo variato vide sis, quae congessit Schwartz p. XIX adn. 2. De duplici lexici redactione probabilia protulit Naber Prolegg. p. 48.

[5] ed. Wallis. opp. mathem. III p. 219. Libros περὶ ὁμοιοτήτων pro parte commentariorum rhythmicorum habuit Westphal, *Aristoxenus von Tarent Melik und Rhythmik* etc. p. 69.

[6] Nolo silentio opprimere, quam Westphal protulit coniecturam in

sica. Schneider, cum circumspiceret Hesychii subsidia, primus egregie meritus est de Aelii Dionysii historia musica, operis dispositione detecta[1]. Photius ubi de Sopatri sophistae eclogis variis refert, praebet haec cod. 161 p. 103 b Bekk.:

ὁ δὲ πέμπτος σύγκειται αὐτῷ ἔκ τε τῆς Ῥούφου μουσικῆς ἱστορίας πρώτου καὶ δευτέρου καὶ τρίτου βιβλίου, ἐν ᾧ τραγικῶν τε καὶ κωμικῶν ποικίλην ἱστορίαν εὑρήσεις οὐ μόνον ⟨μόνον cod. A; μὴν ς⟩ δὲ ἀλλὰ καὶ διθυραμβοποιῶν τε καὶ αὐλῳδῶν[2] καὶ κιθαρῳδῶν, ἐπιθαλαμίων τε ᾠδῶν καὶ ὑμεναίων καὶ ὑπορχημάτων ἀφήγησιν, περί τε ὀρχηστῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς θεάτροις ἀγωνιζομένων, ὅθεν τε καὶ ὅπως οἱ τούτων ἐπὶ μέγα κλέος παρ' αὐτοῖς ἀναδραμόντες γεγόνασιν, εἴτε ἄῤῥενες εἴτε καὶ τὴν θήλειαν φύσιν διεκληρώσαντο· τίνες τε τίνων ἐπιτηδευμάτων ἀρχὴ διεγνώσθησαν, καὶ τούτων δὲ τίνες τυράννων ἢ βασιλέων ἐρασταὶ καὶ φίλοι γεγόνασι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τίνες τε οἱ ἀγῶνες καὶ ὅθεν, ἐν οἷς ἕκαστος τὰ τῆς τέχνης ἐπιδείκνυτο· καὶ περὶ ἑορτῶν δὲ, ὅσαι πάνδημοι τοῖς Ἀθηναίοις. ταῦτα δὴ πάντα καὶ εἴ τι ὅμοιον ὁ πέμπτος ἀναγιγνώσκοντί σοι παραστήσει λόγος. — ὁ δὲ ἕκτος αὐτῷ συνελέγη λόγος ἔκ τε τῆς αὐτῆς Ῥούφου μουσικῆς βίβλου πέμπτης καὶ τετάρτης, αὐλητῶν δὲ καὶ αὐλημάτων ἀφήγησιν ἔχει, ἄνδρες τε ὅσοι ⟨cod. ὅσα⟩ ηὔλησαν καὶ δὴ καὶ γυναῖκες. καὶ Ὅμηρος δὲ αὐτῷ καὶ Ἡσίοδος καὶ Ἀντίμαχος οἱ ποιηταὶ τῆς διηγήσεως μέρος καὶ τῶν ἄλλων πλεῖστοι τῶν εἰς τοῦτο τὸ γένος τῶν ποιητῶν ἀναγομένων· ἔτι δὲ καὶ περὶ γυναικῶν μαντικῶν ἀναγράφει, τίνες τε καὶ ὅθεν αἱ καλούμεναι Σίβυλλαι·[3] καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἀπὸ τῶν Ῥούφου.

---

commentarii, quem ad Plutarchi de musica libellum, scripsit p. 15. Is cum quae de tonis a Platone negatis deque admissis ad educandos cives capitibus 15—17 exponuntur, pro commentario habeat ad Platonis rei publ. p. 398 e sqq., haec Plutarchum debere musico cuidam πλατωνίζοντι prioris imperatorum aetatis suspicatur. At cogitat de Dionysios nostro (p. 25). Poterit alius quisquam eodem iure de Thrasyllis, Dercyllidis aliis cogitare.

[1] l. l. p. 14 sq. = Call. II p. 29 sq. Antea fragmenta nonnulla contulerat Egger in libri 'περὶ ὕψους' ed. (a. 1837) p. LVI sq.

[2] Cod. αὐλητῶν; de auletis actum erat in libro quarto.

[3] Sibyllarum indicem qui est apud Clem. Alex. p. 144 Sylb., non sine probabilitate ad Rufum vel Dionysium revocat Wilamowitz, *Philologische Untersuchungen* III p. 153 n. 3, qui item iudicat de Orpheis a Clemente Alexandrino p. 143 enumeratis.

Redire verba καὶ αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν apud Suidam animadvertit Schneider, cui aliquid certe tribuendum sit. Sed graviora evicit illius sagacitas. In scholiis ad Aristidis rhetoris Miltiadem legitur hoc[1]: Παλλάδα περσέπτολιν ..... εἶδος δὲ τοῦτο ᾄσματος καὶ ἀρχή· τὸν δὲ ποιητὴν αὐτοῦ Ῥοῦφος καὶ Διονύσιος ἱστοροῦσιν ἐν τῇ Μουσικῇ Φρύνιχόν τινα. ἄλλοι δέ φασι κτέ. unde suo iure conclusit Schneider Rufum in componenda historia musica ita Dionysii opus adhibuisse, ut illius libros triginta sex in epitomae quinque librorum formam redigeret[2]. Hanc opinionem ut nemini non probatam acceptamque esse video ita gaudeo, quod novo argumento fulcire me posse confido[3].

Mira inusitataque est operis Dionysiani dispositio. Primo loco agitur de tragica atque comica poesi, deinde de poetis dithyrambicis, adiunguntur auloedi atque citharoedi et qui sub lyricorum nomine comprehendendi sunt, tum tractantur epici, in ultimo denique loco collocantur feminae vates Sibyllaeque. Nunc inspicias quaeso Photium s. v. Νύμφαι· σκώληκες οἱ ἐν τοῖς τῶν μελισσῶν κυτταρίοις ..... καὶ αἱ νεόγαμοι κόραι, νύμφαι· καὶ αἱ Μοῦσαι δὲ ὑπὸ Λυδῶν νύμφαι ⟨ὅτι δὲ πάντων τῶν καρπῶν αἱ ἐκφύσεις οὕτω δῆλον⟩ περὶ δὲ τῶν θεῶν Διονυσίῳ ⟨cod. Διονυς⟩ πᾶσα ἱστορία συνῆκται ἐν τριάκοντα τρισὶ βίβλοις. Cum priores de persona huius Dionysii certi quidquam eloqui dubitarent, Mueller FHG II p. 11 glossam operi a Dionysio Rhodio aut Samio (v. Suidas s. v. Διονύσιος Μουσωνίου) composito vindicavit. Aliunde de tali opere non constat. Muelleri opinioni Naber se adplicuit (II p. 451 not. 2), quamquam fatetur glossam non sanatam a se relinqui. Sed patet via emendandi. Iam uncis inclusi verba ὅτι — δῆλον, quae inculcata nescio a quo tenorem glossae male turbare nemo non videt. Verba autem περὶ δὲ τῶν θεῶν κτέ re vera coniungenda esse cum prioribus καὶ αἱ Μοῦσαι κτέ discimus ex Hesychio s. v. νύμφαι . . καὶ Μοῦσαι θεαί. Iam vides, quo tendam. Supplenda igitur est apud Photium post περὶ δὲ τῶν θεῶν vox

---

[1] ed. Dindorf. III p. 537; ed. Frommel. p. 203.

[2] Dionysii memoria quod in scholiis Aristideis Rufo iungitur, argumentum eo gravius est, quod idem Sopater et Rufum conpilavit in eclogis et scholiorum in Aristidem auctor fuit. cf. infra p. 41.

[3] Argumentum mecum communicavit Useneri comitas.

μουσῶν. De musis deis, non de deis in universum πᾶσα ἱστορία Διονυσίῳ συνῆκται ἐν τριάκοντα τρισὶ βίβλοις. At miraberis iure tuo auctorem, qui tot libros de musis scripserit. Ego quoque miror neque credam, dum videro. Restituendum igitur, quod librarius in exemplari invenerat quodque perperam interpretatus est, ἐν λγ βιβλ. hoc est ἐν τριακοστῷ τρίτῳ βιβλίῳ. Sub Dionysio autem intellegendus est Aelius noster. Explicuit igitur omnem de Musis historiam libro tricesimo tertio. In quinto Rufi libro de antiquissimis poetriis vatibusque narratum fuisse supra compertum est. Qua in operis parte de Musis, quas artissime cum poesis et musicae artis origine atque initiis cumque vaticinationibus coniunctas esse vix est quod moneam[1], Rufum non potuisse non agere facile concedendum est. Deprehendimus eandem neque eam vulgarem disponendi rationem et apud Dionysium et apud Rufum. Ecquis dubitabit, quin Rufi opus pro epitoma historiae musicae Dionysii habendum sit? At obiecerit quispiam Stephanum Byzantium s. v. Ὑδρέα (ed. Meinek. p. 646): Εὐάγης Ὑδρεάτης κωμῳδίας ποιητὴς ὡς Διονύσιος εἰκοστῷ τρίτῳ τῆς μουσικῆς ἱστορίας ἦν δ' ὁ Εὐάγης ποιμήν τις ἀγράμματος δηλαδὴ καὶ τῆς ἄλλης παιδείας ἄπειρος, ποιητὴς δ' ἀγαθὸς κωμῳδιῶν'. Pugnat sane primo adspectu cum ea, quam modo nacti sumus, operis Dionysiana digestione, cum audiamus libro vicesimo tertio de comoedia Dionysium tractasse. Schneider, qui solus quantum scio hanc difficultatem de medio tollere studuit poetis, *qui nullo doctore nobiles erant neque alienis praeceptis, sed suapte indole poetae evaserant*, hunc librum tertium et vicesimum vindicatum fuisse censet (p. 15). Neque tamen intellego, cur hunc potissimum librum in mediis fere operis partibus situm ad αὐτοδιδάκτους qui appellantur percensendos, si separavit a ceteris, elegerit scriptor. At haud scio an facili modo res expediatur. Potuit optime Euages in comparationem vocari cum alio poeta, qui simili ac ipse condicione usus erat. Neminem autem video Euagis similiorem Hesiodo, de quo Proclus haec tradit[2]: τοιαύτη δὲ πενίᾳ τῶν ἀνθρώπων

---

[1] De nymphis musis v. Creuzer, *Symbolik* III p. 283 sqq. et Hermann opusc. II p. 290 sq.

[2] v. Westermann biogr. p. 45 extr. cf. ib. p. 46, 14 sqq. ubi de consecratione Hesiodi poetica fabulae enarrantur, quales non adeo diversas novimus e Pindari, Platonis, Sophoclis vitis.

συνεσχημένων συνέβη τὸν Ἡσίοδον τοῦτον πρόβατα ἐν τῷ Ἑλικῶνι ποιμαίνειν. Pastor igitur fuit in Helicone monte Hesiodus, priusquam προσδραμὼν τῇ παιδεύσει καὶ πόνοις ἐγκαρτερήσας μεγάλην καρποῦται τὴν εὔκλειαν (p. 46, 24 W.). Nihil ad nostram rem valet, quod Euages per totam vitam omni eruditione caruisse videtur, cum Hesiodus particeps factus sit. Similitudo in eo vertitur, quod uterque ex infimo ordine pastorum natus, nullo praeceptore usus bonus poeta evasit. Itaque facile fieri potuit, ut Dionysius, cum de Hesiodo ageret, Euagis simillimae sortis poetae recordaretur eiusque mentionem repeteret. De epicis autem poetis vel de Hesiodo Dionysium tractasse libro vicesimo tertio, quamquam argumentatione evinci non potest, tamen tractare potuisse verisimillimum fit haec reputanti. Ex Photii testimonio in Rufi libris quarto et quinto continebantur tibicines, tibicinae, tibiciniique genera, deinde Homerus, Hesiodus altero loco, tertio Antimachus, tum alii eiusdem generis poetae plurimi, denique Sibyllae. Numero igitur videntur admodum pauca, quae ultimis libris comprehenduntur, si memineriimus prioribus tribus libris tragoediam, comoediam, lyricos, ludos, dies festos enarrata esse amplissimam sane materiem. Quodsi audimus ad tibicinum, epicorum, Sibyllarum historiam explicandam Rufo duobus libris opus fuisse, non possumus hoc declarare nisi statuamus eorundem apud Dionysium quam latissimam copiosissimamque expositionem exstitisse. Ex librorum igitur dispositione nullo modo impedimur, quominus Hesiodo librum tertium et vicesimum tribuamus.

Manet nos quaestio de tempore, quo conscripta videatur historia musica, quod nolim ita intellegas, tamquam certum annum definire posse mihi videar, immo haec consideranda erunt utrum, qualis ratio chronologica sit historiae musicae aut cum alius scriptoris aequalis aut cum ipsius Dionysii libris, detegi possit necne?

In libro quem de Stephani Byzantii auctoribus scripsit, Niese (p. 26 sqq.) memoriam illustrium virorum exceptis paucis quos e Strabone, Laertio Diogene, aliis fluxisse concedit (p. 28—30), a Stephano vel ab Hermolao epitomatore servatam ad Philonis libros triginta, quos composuit περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκε revocavit. Itaque cum, quae Stephanus (p. 646) de Euage Hydreata nobiscum communicat, item Philoni tribuat, eo adducitur, ut Dionysii historiam musicam inter Phi-

lonis in condendo libro subsidia referat[1] (p. 31). Nieseum igitur si probaveris — et est probatus a Rohdio aliisque[2] — terminum, ante quem condita sit historia musica, nancisceris. Philonem adhibitum esse a Stephano perspicuum est, quantum ei debeatur, difficillimum fit diiudicatu[3]. Niese, quantum in me iudicium, nimius est in indagandis Philoneis apud Stephanum reliquiis[4]. Quod autem Dionysius inter Philonis auctores numeratur, negandum est. Pendet iudicium ex Philonis aetatis terminis circumscribendis, de quibus alii aliter senserunt[5]. Exstat Suidae testimonium s. v. Φίλων Βύβλιος, γραμματικός. οὗτος γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν ἐγγὺς Νέρωνος καὶ παρέτεινεν εἰς μακρόν· ὕπατον γοῦν Σεβῆρον τὸν Ἐρέννιον χρηματίσαντα εἶναί φησιν ὅταν ἦγεν οη' ἔτος, ὀλυμπιάδι δὲ σκ'. γέγραπται αὐτῷ ..... περὶ τῆς βασιλείας Ἀδριανοῦ ἐφ' οὗ καὶ ἦν ὁ Φίλων[6]. Novimus Herennium Severum quendam Plinii amicum[7], quo anno

[1] Prodiit commentatio Kiliae a. 1873.

[2] v. Rohde Mus. Rhen. XXXIII p. 562. cf. Daub, De Suidae biographicorum origine et fide (Annal. phil. suppl. XI p. 440 et 441 c. not. 44).

[3] Stephanus alios Philonis libros non neglexit. Inspectum esse opus περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων patet ex v. Δυῤῥάχιον (p. 245 Mein.) et v. Κύρτος (p. 398). cf. Wachsmuth Symb. p. 145 et Daub. l. l. p. 438. Philon ἐν Φοινικικοῖς laudatur (p. 476, 17 sq.) s. v. Νίσιβις. Eandem originem sapiunt quae leguntur (p. 188, 12) s. Βύβλος (cf. Müller FHG III p. 568 fr. 2). Eodem referenda videntur quae de Laodiceae Syriae oppidi nomine pristino traduntur (p. 411, 7 sqq.). v. p. 33, 3 sq. 167, 8 sq. Alias Claudii Iulii Phoenicica afferuntur (p. 254, 20 sq.).

[4] Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος s. Γάδαρα (p. 193, 5) debetur Strab. XIV 759; ad eundem IX 409 et VIII 331 possunt revocari, quae s. Ἄσκρη (p. 134, 1) et s. Στάγειρα (p. 584, 16) leguntur. Pinytus Epaphroditi libertus (s. Βιθύνιον) sapit Hermippum Berytium, qui laudatur p. 542, 3. Quae de Theophrasto narrantur s. v. Ἔρεσος, non e Strab. XIII 615, sed ex Philone fluxisse iudicavit Niese p. 29. Iurat in eius verba Daub. l. l. p. 445, qui tamen ne inspexit quidem Strabonem, quod si fecisset haud scio an non mirum in modum cum Nieseo conspiraturus fuerit in indicata p. 615 pro p. 618. Ceterum verba exscripta sunt e Laert. Diog. V 2, 6, qui ter laudatur in Ethnicis.

[5] v. Müller FHG III p. 560; Wachsmuth Symb. p. 143 not. 17; Niese l. l. p. 27 sq. Rohde Mus. Rhen. XXXIII p. 175 sq.

[6] Addendus est Suidas s. v. Ἑρμιππος Βηρύτιος . . . μαθητὴς Φίλωνος τοῦ Βυβλίου ὑφ' οὗ ψκειώθη Ἐρεννίῳ Σεβήρῳ, (false Rohde virgulam omisit l. l. p. 176) ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασ.

[7] Epist. IV 28.

consulatum egerit nescimus. Neque alius eiusdem nominis atque temporis consul ad manum est. In hoc cum priores offenderent, recte Rohde monuit de consule suffecto nos cogitare debere. Attamen ita cum ceteris facere voluit, ut olympiadis numerum ut corruptum abiiciendum esse censeret. Exeundum est cum Rohdio a verbo γέγονε, quod, quominus pro 'natus est' accipiamus, impedit scriptoris usus, quem in vitis diadochorum aetate inferioribus γεγονέναι non adhibuisse nisi pro ἀκμάσαι ille evicit. Circumscribit vir doctissimus vitam Philonis ita, ut anno centesimo tricesimo eum senem septuaginta octo annorum fuisse statuat, unde ἀκμήν in ultima Domitiani tempora incidentem reddit, quam definitionem parum convenire cum verbis ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν ἐγγὺς Νέρωνος unusquisque concedet[1]. At si Suidam sequimur, omnia bene procedunt. Natus igitur est Philo anno vicesimo sexto, floruit anno sexagesimo sexto, natalem diem egit septuagesimim octavum anno centesimo tertio. Neque obstat, quod μακρόβιος ille de regno Hadriani scripsisse refertur, quoniam id fieri potuit paulo post eius aditum. Itaque ex temporum ratione adduci non possum, ut Dionysium, qui clarus fuit Hadriani aetate, inter Philonis auctores referendum esse concedam. Sed porro progredi licet. Nuper enim Kopp (De Ammonii, Eranii aliorum distinctionibus synonymicis etc. diss. Regimont. a. 1883 c. II p. 11 sqq. in primis p. 27) probavit tum collectiones synonymicas peculiaribus libris traditas tum reliquias synonymorum longe lateque sparsas omnes redire ad amplissimum doctissimumque opus ab Herennio Philone exeunte saeculo primo aut altero ineunte de synonymis composito. Atqui nonnullae inveniuntur apud Ammonium differentiae verborum quae simillimae sunt glossis Dionysianis[2]. Itaque quamquam non pro certo, tamen pro verisimillimo habendum est Aelio nostro, cum conderet lexicum, inspiciendi Philonis operis facultatem datam fuisse[3]. Sed hoc, cum non attineat ad historiam musicam, omittamus.

---

[1] Niese ne annum quidem quadragesimum alterum cum illis verbis consociari posse contra Muellerum disputat.

[2] Inspiciantur glossae, quas Kopp in comparationem vocacit p. 7—8. Alii Ammonium ex atticistis interpolatum esse malunt. v. Freyer l. l. p. 369 sq.

[3] cf. Kopp p. 8: *in dubio relinquo utrum Aelius sua ex collectione nostrae (sc. Ammonianae) simili hauserit an priores fontes ut Aristophanem, Tryphonem adierit.* v. Naber Prolegg. p. 77.

Neglecto Philone restat alia via eaque fructuosior[1]. Proficiscendum est a glossa Photiana Νύμφαι eiusque, si originem investigare liceat, quaerendum. Rem adgredimur difficiliorem. Nam quamvis nostra aetas ad historiam lexicographorum graecorum pernoscendam plurima studia exhibuit, tamen tantum abest, ut ad certum quendam finem quaestio perducta sit, ut perpauca inter omnes conveniant. Itaque brevibus praemonendum videtur de rationibus inter nonnulla lexica, quae quidem ad nostram rem spectant, intercedentibus. Dionysium et Pausaniam inter primarios Photii auctores referri omnibus probatur[2]. Diogeniana, quae insunt in lexico Photiano, per Dionysium atque Pausaniam adfluxisse, qui expilaverint illum, voluit Naber (p. 25—27) refutatus a Boyseno (De Harpocrationis lexici fontibus quaestiones selectae diss. Kil. a. 1876 p. 61—62). Boyseno igitur iudice, quem equidem amplector, doctus patriarcha Diogenianum ipse inspexit[3]. Contra non eo usque cum Boyseno facio, ut comprobem, quae de atticistis a Diogeniano excerptis protulit[4]. Immo similitudines, quae intersunt inter atticistas et Diogenianum inde explicantur optime, quod tum illi tum hic eundem auctorem adierunt Pamphilum vel Vestinum[5]. In hanc opinionem ingressus est Stoientin, qui, cum censuram adhiberet Boyseni libello (Annal. phil. CXIX p. 113 sqq.)[6], duabus glossis ad firmandam sententiam ab illo comparatis ut pro ipsius opinione pugnantibus optimo eventu usus est (p. 124 sqq.). His igitur summatim praemissis pro solido, quo nitatur quaestio nostra, fundamento utor. Inpiciantur, quas conferemus, glossae.

---

[1] Daub, qui Suidae articulum de Aelio Dionysio e Philonis opere fluxisse censet (p. 431 sq.), propter ea, quae supra disputavimus, falsus est.

[2] v. nunc Naber Prolegg.

[3] cf. p. 65 sq. v. Schmidt quaest. Hesych. p. LI et Weber Philol. suppl. III p. 550. Diogenianum item ab Eustathio usurpari mihi persuasi. Laudatur p. 1533, 48. Latet p. 789, 15 ἐν δὲ παλαιῷ κατὰ στοιχεῖον λεξικῷ . . . (cf. Hes. I 1 p. 10 Schm.) et p. 1515, 50 ἐν δὲ παλαιῷ ῥητορικῷ λεξικῷ . . . (cf. Hes. II 2 p. 48). Alia nunc omittenda sunt.

[4] l. l. p. 62—65. Cautius Weber p. 549 et 551 interpolationes ex atticistis in Hesychium illatas suspicatur. v. Schmidt quaest. p. CXXV sqq.

[5] De Vestino a Diogeniano epitomato v. Naber p. 19—20. Testimonia de illo collegit Schmidt p. LXXXIV sq. cf. Weber p. 470 n. 36.

[6] Praeter Pamphilum vel Vestinum alios adhibitos esse, e quibus praecipue voces solutae orationis peterentur, verisimile fit.

Phot. gl. 1 p. 450.

νύμφαι ⟨cod. νυμφαῖοι⟩ οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες καὶ οἱ ἐν τοῖς κήποις σκώληκες.

Eustath. p. 1736, 6.

ἰστέον δὲ ὅτι λέγονται μὲν παρὰ τοῖς παλαιοῖς νυμφαῖοι (sic!) μύρμηκες οἱ πτερωτοὶ καὶ οἱ ἐν κήποις δὲ σκώληκες.

Hes. III p. 163.

νύμφαι· οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες καὶ οἱ σκώληκες οἱ πτεροφυοῦντες οἱ ἐν τοῖς τῶν μελισσῶν κυττάροις· οἱ δὲ καὶ ἀνὰ μέσον τῶν γυναικείων·[a] αἱ νύμφαι καὶ τῶν ῥόδων καῖ μεμυκυῖαι κάλυκες. καὶ αἱ νεόγαμοι κόραι. καὶ Μοῦσαι θεαί.

[a] Distinxit Schmidt not. 14 post νύμφαι.

Phot. gl. 2. p. 451.

νύμφαι· σκώληκες οἱ ἐν τοῖς τῶν μελισσῶν κυτταρίοις ὅταν ἤδη πτεροποιεῖν ἄρξωνται· οἱ δὲ ἁπλῶς τοὺς πτερωτοὺς σκώληκας·[a] Σάμιοι καὶ τὸ ἀνάμεσον τῶν γυναικείων αἰδοιῶν νύμφην καλοῦσιν· καὶ τῶν ῥόδων αἱ κάλυκες αἱ μεμυκυῖαι, νύμφαι· καὶ αἱ νεόγαμοι κόραι, νύμφαι· καὶ οἱ Μοῦσαι δὲ ὑπὸ Λυδῶν, νύμφαι ⟨ὅτι δὲ πάντων τῶν καρπῶν αἱ ἐκφύσεις οὕτω, δῆλον⟩ περὶ δὲ τῶν θεῶν κτλ.

[a] Sic distribuo cum Schmidtio not. 14.

Summum vides esse consensum inter Hesychium i. e. Diogenianum atque Photii glossam alteram, quorum, tamen, cum ex parte hic ex parte ille copiosior sit, non ea ratio est, ut alter ex altero descripserit, sed eundem uterque auctorem adierit nimirum Pamphilum. Itaque non Diogeniani sed atticistarum est glossa Photiana. Ipsos Pamphili fontes vel fontem unum alterumve adhibuit, cui Pollux VII 147 sua debet[1]. Idem cadit,

[1] De septimi Pollucis libri fontibus, quantum scio, nondum exploratum est. In aliis onomastici partibus doctrinam optimae notae inesse constat.

nisi fallor, in Photii glossam priorem, quacum artissimo coniunctus est Eustathii auctor, quem unum ex atticistis esse post Freyeri[1] de formularum οἱ παλαιοί similiumque usu Eustathiano amplissimam expositionem pro certo stat[2]. Habemus igitur duas apud Photium atticistarum glossas, quarum utra Dionysii sit utra Pausaniae quaestio oritur. Qua in diiudicanda, qui Cobetum (Mnemos. X p. 57—58, 63, 75—77 alias) sequetur, qui voces καλοῦσιν, λέγουσιν (sc. οἱ Ἀττικοί), ὡς ἡμεῖς Dionysio esse propria observaverit, pleniorem Photii glossam huic vindicabit. Sed virum doctissimum Dionysii reliquiarum avidiorem Pausaniam iisdem formulis usitantem prorsus neglexisse monendum est[3]. Attamen haud scio an aliqua cum veri similitudine Dionysio glossam posteriorem tribuamus. Nam, etsi desunt argumenta, tamen inde, quod in calce Dionysii historia musica laudatur, non nihil concludendum sit. Num quis de Pausania alterius librum laudante cogitaverit potius quam de Dionysio suo

---

[1] l. l. p. 339—391.

[2] Quod de Eustathio, Photio, aliis probavit Freyer non valet in omnibus, qui τοὺς παλαιοὺς testantur. Illae formulae non creatae sunt ab atticistis, sed adquisitae et ab his et ab aliis ex superioribus. Cuius rei testis egregius est Pollux, cuius fontium diversitates ex his formulis aut admissis aut omissis diiudicare licet. Pauca adscribam, quae percurrenti aliquot libros oblata sunt. Per totum librum V nusquam legitur παρὰ τοῖς παλαιοῖς; nec magis in ea parte libri IV, ubi de musicis et scaenicis ex Iuba narratur. In libri VI parte posteriore nulla formularum notatio fit, in parte priore (c. 1—112) habes haec: παρὰ τοῖς παλαιοῖς VI 35 (Freyer l. l. p. 344—45); παρὰ τοῖς παλ. VI 45; οἱ παλ. — ὁ δὲ νῦν VI 89 (v. Cobet Mnemos. X, p. 63). Praeterea οἱ νῦν laudantur quinquies, νῦν καλοῦσιν, νῦν ὀνομάζεται similia reperies locis quattuordecim. Omitto alia. Notione autem dignum est, quod in hac libri parte inveniuntur quaedam atticistarum doctrinae simillima. cf. Poll. VI 43 cum Paus. fr. 224 Rindfl. Poll. VI 88 cum attic. fr. 185 R. In libro septimo habes c. 79: ἔλεγον οἱ παλαιοὶ (v. attic. fr. 342 R.); οἱ παλαιοὶ — οἱ νέοι c. 24, 78; οἱ νῦν octies; νεωτέρων τις c. 168; νῦν καλούμενον, ὀνομάζεται, τῇ νῦν χρείᾳ novies. Sparsa autem sunt per totum fere librum cum atticistis convenientia. cf. Poll. VII 8 cum Dion. fr. 324 R.; 20 c. Dion. fr. 302; 36 c. fr. 249 et 85; 46 c. Paus. fr. 224; 47 c. Dion. fr. 184; 60 c. Dion. fr. 275; 73 c. Paus. fr. 114; 79 c. Paus. fr. 342; 81 c. Paus. fr. 207; 87 c. Paus. fr. 261; 156 c. Paus. fr. 106; 186 c. Dion. fr. 338. Non desunt discrepantiae non tam in re quam in verbis positae. cf. Poll. VII 132 c. Dion. fr. 313; VII 143 c. Paus. fr. 195.

[3] v. Rindfleisch p. 7 sqq.

ipsius opere se iactante? Itaque si mecum glossam copiosiorem Dionysio vindicaveris, consequens erit historiam musicam a Dionysio ante lexicon atticum conditam fuisse [7].

---

[1] Inde probabiliter coniicitur nonnulla ex historia musica in lexicon recepta esse. De diebus festis plurimae erant glossae Dionysianae (v. Phot. cod. 152 p. 99 b), quae forte enarrationem in musica historia exhibitam aliqua ex parte repraesentaverunt. Verba obscura apud Phot. I p. 288 N. s. ἰαμβύκη ὄργανον μουσικόν· εἴρηται δ' ἐν ἑτέροις . . . fortasse lucem accipiunt, si de historia musica cogitamus. Hesychius, qui ex eodem fonte hausit (II 337), illud additamentum εἴρ. δ' ἐν ἑτ. non novit. De re conspirat Athen. XIV 636 b et 637 b. v. Rohde, De Iulii Pollucis fontibus p. 49.

Caput II

De Dionysio Hesychii auctore

Inter Suidae in describendis graecis litteris auctores praeclarum locum obtinere Hesychium Milesium [1] post alios evicit Schneider (p. 12 sq. = Call. II p. 23 sq.) [2]. Suidas autem non Hesychium ipsum adhibuit, sed epitomam [3] operis Hesychiani, cui titulus fuit ὀνοματολόγος ἢ πίναξ τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, ab ignoto quodam homine saeculi septimi factam operi suo intexuit [4]. Deinde quaestio exorta est quosnam rivulos Hesychius ipse in usum suum conduxerit? Qua in re, quamquam de nominibus auctorum paucis exceptis consentitur, tamen, quantum cuique scriptori debeatur, magna est dissensio. Neque credo rem unquam ad liquidum explorari posse. Inter secundarios Hesychii auctores Hermippus Berytius refertur ex iis, quae Wachsmuth (Symb. p. 140—43) disputavit [5]. Idem pertinet ad Demetrii [6] libros περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων

---

[1] Hesychium recentiores aetati iusto posteriori adscribunt. cf. Flach, Hes. Mil. Onomatologi quae supers. (Lips. 1882) prolegg. p. XI c. n. 2. Tenendum est Hesychium iam Anastasio regnante vixisse (Suid. s. Ἡσύχιος), quem laudibus extulit (Phot. cod. 69 p. 34 b), Iustinianum aetate superasse (Phot. cod. 69 p. 34 b 36 sq.). Onomatologum autem ante libros de Iustiniano composuisse censendus videtur, quippe qui filii mortem graviter maerens ut a conficiendo Iustinianeo opere destiterit ita a scribendo omnino animum abalienaverit (v. Phot. ib. cod. extr.). De epitomatoris industria v. Bergk, *Griech. Lit.* I p. 293 n. 50.

[2] Correxit errores quosdam Wachsmuth l. l. p. 138.

[3] De verbis conclamatissimis οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον recte iudicavit Bergk l. l. p. 293 n. 50; Daub p. 405; Flach p. XII n. 5.

[4] De ordine et onomatologi et epitomae etiamnunc valet opinio Wachsmuthii p. 139—140. Aliter cogitant Daub p. 408 sqq. et Flach Annal. phil. CXXI p. 833. v. Bergk p. 292 n. 47.

[5] De operibus Hermippi v. Wachsmuth p. 143 n. 16.

[6] v. Volkmann, De Suidae biogr. quaest. novae (Numb. 1873) p.

os, quos tamen non nisi ab Agresphonte vel Argesiphonte [1], s. Ἀπολλώνιος ἕτερος Τυανεύς) in epitomae formam re- s atque ultra Hadriani tempora continuatos novisse cen- s est. De ratione autem, quae intercedit inter Hesychium ertium Diogenem recte vidit Nietzsche (p. 210—228) [2] eun- et Diogenem et Hesychium auctorem adhibuisse — nisi de us cum Wilamowitzio cogitemus — qui tamen nec Demetrius ec Favorinus [3]. Perpauca sunt, quae ex Diogene a Suida sychii auctor excerpta sunt [4]; alia accesserunt ex Porphyrii [5] atque Ari- s [6] libris de philosophorum historia conscriptis. In gram- orum vitis Asclepiadis doctrinam latere apparet, unde hau- Hesychius nondum exploratum est [7]. In aliis Heliconem nasse sat est [8].

Venio ad Suidae verba s. v. Ἡρῳδιανός .... γέγονε κατὰ Καίσαρα Ἀντωνῖνον τὸν καὶ Μάρκον ὡς νεώτερον εἶναι καὶ υσίου τοῦ τὴν μουσικὴν ἱστορίαν γράψαντος καὶ Φίλωνος βυβλίου, quibus rectam interpretationem adhibuit Schneider

---

qq. Quod Demetrius a Suida s. Ἰσαῖος landatur (v. p. XIII) nihili um haec glossae pars ex Harpocratione descripta sit. Alia refutat p. 472 sq. Summa persuasionis vis ex meo iudicio in iis ponitur, de Dinarchi vita profert Volkmann (p. XIII). Quae Nietzsche de etrio Hesychii auctore disputavit (Mus. Rhen. XXIV p. 210 sq.) co- nt cum falso eius de Laertii Diogenis fonte primario iudicio, quod probaret Volkmann non potuit non nimiam de Demetrii opere opi- em capere (v. p. XVIII). Contra Nietzscheum v. Maass, *Philol. Un-* III p. 6; Diels, Dox. gr. p. 161 sqq.

[1] De nomine v. Volkmann l. c. p. X n. 18; Rohde Mus. Rhen. XIV p. 621 n. 2; de re Nietzsche l. l. p. 227; Diels Mus. Rhen. XI p. 30 n.

[2] v. Maass l. l. p, 114 sqq.; Wilamowitz ib. p. 148 sqq.; Rohde Rhen. XXXIII p. 203 n. 1; Flach Prolegg. p. L.

[3] v. Wilamowitz l. l.

[4] Velut s. Πιττακός verba ἐποίησε—καταλογάδην e Laert. Diog. I Suspicionem movent glossae Χίλων cl. L. D. I 68 et 72 et Κλεόβουλος L. D. I 89 sq. De aliis perperam iudicat Flach p. L. Contra Daubium vocum οὗτος similiumque usu Suidano mira proferentem (p. 474 sqq.) Maass p. 118.

[5] v. Rohde Mus. Rhen. XXXIII p. 171 not. et p. 205 not.

[6] cf. Flach p. LIV.

[7] v. Daub p. 459; Flach p. LV.

[8] v. Rohde Mus. Rhen. XXXIII p. 182 n. 1. Athenaeum et Phi- tratum ambigitur utrum Hesychius inspexerit an Suidas.

(p. 15 = Call. p. 31), cum diceret: *indicare Hesychius videtur Dionysium et Philonem praecipuos sibi in hac re fuisse fontes atque in eorum operibus Herodiano quoque, si propter temporis rationem licuisset — nam uterque* (?) *sub Hadriano floruit — locum futurum fuisse suum et debitum.* Deinde Schneider adlato Aristidis scholiasta evicit Dionysii historiae musicae libros a Rufo [1] in breviorem formam redactos esse. Wachsmuth, cum totum se adplicaret Schneideri argumentationi, postquam collatis Suidanis de poetis musicisque notationibus cum Rufi h. e. Dionysii historiae musicae dispositione apertissimum in pertractata materie consensum adesse vidit, ex hac quoque parte Schneideri de Hesychii fontibus opinionem firmiorem reddidit (p. 146 sqq.). Is igitur primus εὑρημάτων memoriam poetarum cum principibus amicitias, victorias certaminibus reportatas, quaeque similia in Suidae vitis leguntur, ad Dionysium revocavit. Neque non librorum tabulas ordine alphabetico bibliothecarum catalogos prodentes Dionysii operi adscripsit [2]. Nolo tamen Dionysium ex Suidanis notitiis restitutum oculis obiicere neque retractare in animo est, quae Schneider, Wachsmuth, Volkmann (De Suidae biograph. quaest. select. diss. Bonnens. a. 1861 p. 29 sqq.), Daub (l. l. c. II—IV) obiterque alii aut cum bono successu aut cum eventu dubio vel nullo disseruerunt.

Venio ad eas glossas Suidanas, in quibus Dionysii nomen nullo operis titulo addito occurrit. Sunt hae:

Ὀρφεὺς Ὀδρύσης ἐποποιός· Διονύσιος δὲ τοῦτον οὐδὲ γεγονέναι λέγει· et

Ἀντιφάνης . . . . Κιανός, ὡς δέ τινες Σμυρναῖος, κατὰ δὲ Διονύσιον Ῥόδιος.

Aelium nostrum intellegendum esse censuerunt Schneider (p. 15 = Call. II p. 31) et Wachsmuth (p. 146), solius posterioris glossae mentionem ad illum pertinere aliorum fuit iudicium, cum prioris testimonium vindicarent aut Dionysio, qui chronica scripsit [3] aut Phaselitae, cuius opera laudantur in ge-

---

[1] Vixit Rufus ante Sopatrum, quem inter aetatis Constantini eruditos nominat Eunapius ed. Commel. p. 23, 34, 37.

[2] l. l. p. 148 sqq. Praeivit viam Schneider p. 4 sqq. p. 15—16 = Call. II p. 32.

[3] De scriptore, quem Suidas laudat s. Εὐριπίδης, aliunde non constat. Non placent, quae Volkmann tentavit (qu. nov. p. XVII).

nere Nicandri (p. 61 extr. W. cf. p. 59, 35)[1]. Sed res est ea, in qua sat sit iudicium cohibere. Restat denique Dionysii mentio apud Suidam s. Παμφίλη Ἐπιδαυρία σοφή, θυγάτηρ Σωτηρίδου οὗ λέγεται εἶναι καὶ τὰ συντάγματα ὡς Διονύσιος ἐν τῷ λ΄ τῆς μουσικῆς ἱστορίας, ὡς δὲ ἕτεροι γεγράφασι Σωκρατίδου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς· ἱστορικὰ ὑπομνήματα ἐν βιβλίοις λγ΄, ἐπιτομὴν τῶν Κτησίου ἐν βιβλίοις γ΄, ἐπιτομὰς ἱστοριῶν κτέ, quibuscum de re conferendus est Suidas s. Σωτηρίδας (gl. 1) γραμματικός, πατὴρ ⟨codd. ἀνήρ⟩ Παμφίλης, ᾗ καὶ τὰς ἱστορίας περιῆψεν κτέ[2]. Daub allato Photii codice 175 (p. 199 b 33 sq.) a Dionysio laudari Pamphilam censuit, quippe cuius commentarios historicos expilaverit[3]. Quod cum dissuadeat operis Pamphilei indoles, de qua ex praefatione plura tradit Photius non crediderim. Facilius quisquam Schneidero concesserit Soteridae grammatico propter commentarios in quosdam poetas scriptos in historia musica locum fuisse[4]. Quem cum nominaret scriptor, facile potuit controversiam de Pamphilae filiae operibus exortam attingere sententiamque suam pronunciare[5]. Quousque omnino Dionysius grammaticos respexerit, nos nescire fatendum est nec vestigia Dionysiana, si quae praeterea exstant in grammaticorum vitis Suidanis vel Hesychianis ut indagemus est in nobis facultas. Certe Hesychius ad illustrandas grammaticorum vitas historiam musicam vix scrutatus est, cum praeter alios Philonis amplam materiem de iisdem consulto comportatam ad usus suos convertere posset. Equidem persuasum habeo multa non modo in grammaticorum sed etiam in historicorum aliorumque vitis Hesychianis Philonis libris deberi[6],

---

[1] v. Daub p. 411 c. not. 11.

[2] Glossam Σωτηρίδας alteram formatam esse ex glossa Παμφίλη docuit Daub Mus. Rhen. XXXV p. 59, qui in iis quae de Soterida et Socratida explicuit p. 59 sqq. implicatior est.

[3] l. l. p. 410 not. 10.

[4] Olim pro ἐν τῷ λ΄ τ. μ. ἱστ. scribendum esse ratus ἐν τῷ δ΄, cum priores historiae musicae libri in tragicis versati sint, de commentario Soteridae Euripideo (v. Suidas s. Σωτηρίδας) a Dionysio laudato cogitavi.

[5] Ceterum quin ὑπομνημάτων plurima marito deberentur, ex iis, quae Pamphila praefata erat, dubium esse non potuit. In controversiam cecidisse videntur historiarum epitomae (v. Suid. s. v. Παμφίλη et s. Σωτηρίδας cl. Phot. cod. 161 p. 103a).

[6] Vitae eorum, qui sub Hadriano vixerunt et posteriorum, aliis de-

quamquam Daubii rationem (l. l. c. V) nec ipse probo neque ab aliis probari video [1].

---

bentur velut Sereno, qui Philonis libros περὶ πόλεων κτέ compendifecit (v. Suid. s. Σερῆνος). cf. Wachsmuth l. l. p. 145 n. 25. Fortasse alius quidam huc referendus est. Habes apud Suidam s. Θεόδωρος Γαδαρεύς haec: σοφιστής, ἀπὸ δούλων, διδάσκαλος γεγονὼς Τιβερίου Καίσαρος ... ἐπ' Ἀδριανοῦ Καίσαρος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀντώνιος συγκλητικὸς ἐγένετο. Quid curamus Antonium hominem ignotum? Adde Suidam s. v. Παῦλος Τύριος, ῥήτωρ . . . ὃς ἐπ' Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως πρεσβεύσας μητρόπολιν τὴν Τύρον ἐποίησεν (de re v. Marquardt, *Röm. Staatsverwaltung* I p. 273 c. n. 18). Talia redolent scriptorem rerum Phoeniciarum peritum. Inest in glossa priore frustulum doctrinae Hermippeae; Hermippus est Phoenix natione, qui incubuit in studia Philoneis similia. Haec igitur additamenta retulerim ad illum, cui si vitas ad tempora Hadriani pertinentes vindicabis, non obloquar.

[1] v. Flach Annal. phil. CXXI p. 828 sqq.

Caput III

De Dionysii historiae musicae fontibus

In calce commentationis, quam exhibuit 'De Iulii Pollucis in apparatu scaenico enarrando fontibus'[1], postquam ex Iubae theatrali historia Pollucem sua mutuatum esse accurata argumentatione evicit, Rohde pauca addit de ratione, quae intercedat inter Iubam atque Suidae vel Hesychii, quem secutus sit in poetarum vitis conscribendis auctorem i. e. Dionysium (p. 77. sqq.). Exstant apud Athenaeum IV 175 d e haec: καὶ τὸ τρίγωνον δὲ καλούμενον ὄργανον Ἰόβας ἐν τετάρτῳ θεατρικῆς ἱστορίας Σύρων εὕρημά φησιν εἶναι ὡς καὶ τὸν καλούμενον λυροφοίνικα σαμβύκην· τοῦτο δὲ τὸ ὄργανον Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῳ Ὥρων εὕρημα εἶναι λέγει Ἰβύκου τοῦ Ῥηγίνου ποιητοῦ, quibuscum conferenda sunt Dionysiana apud Suidam s. Ἴβυκος verba: πρῶτος εὗρε τὴν καλουμένην σαμβύκην· εἶδος δ' ἐστὶ κιθάρας τριγώνου. Neanthis opus Athenaeo per Iubam innotuisse facile concedo Rhodio, indidem hausisse Dionysium nego. Habes apud Suidam in priore Sibyllarum indice[2] haec: Σίβυλλα Ἀπόλλωνος καὶ Λαμίας . . . λέγεται δὲ καὶ τρίγωνον εἶδος λύρας αὐτὴν πρώτην εὑρεῖν, quae minime convenire cum Iuba τρίγωνον ad Syros inventores revocante facile intellegitur. Dionysium autem de sambucae inventione notitiam e Iuba hausisse, in trigoni, cuius cum illa res coniunctissima est, inventione enarranda illum reiecisse quis est, qui credat? At alterum adiungit Rohde argumentum. Ex Iuba fluxerunt Athenaei verba IV 184 a: Μητρόδωρος δ' ὁ Χῖος ἐν Τρωικοῖς σύριγγα μέν φησιν εὑρεῖν

[1] Prodiit Lipsiae a. 1870.

[2] Hunc Hesychio vindicat Maass, De Sibyllarum indicibus diss. Gryphisw. (a. 1879) p. 53 sqq. Cur de Dionysio Hesychii auctore dubitet nescio. Ad Favorinum refert *Philol. Unters.* III p. 124 repugnante Wilamowitzio (ib. p. 153).

Μαρσύαν καὶ αὐλὸν ἐν Κελαιναῖς τῶν προτέρων ἑνὶ[1] καλάμῳ συριζόντων, unde item manasse arbitratur, quae Hesychius ex Dionysio praebeat s. Μαρσύας . . . ἐν τοῖς χρόνοις τῶν Ἰουδαίων κριτῶν καὶ Μαρσύας ἐγένετο σοφός, ὅστις ἐφεῦρε διὰ μουσικῆς αὐλοὺς ἀπὸ καλάμων καὶ χαλκοῦ. Sed licet similitudinem adesse concedas Rohdio, cave credas illi glossam Suidanam ex Dionysio ortam esse. Ac primum quidem a Dionysii aetatis definiendae ratione tale quale ἐν τοῖς χρόνοις τῶν Ἰουδαίων κριτῶν alienissimum est. Deinde autem apud Suidam in glossa Ὄλυμπος, quam summo iure Dionysio vindicamus, legimus Olympum, Marsyae discipulum, ducem τῆς κρουματικῆς μουσικῆς τῆς διὰ τῶν αὐλῶν fuisse[2]. Cum superiore notitia consentit Malalas (p. 76 Bonn.): μετὰ δὲ Τεδεὼν ἡγεῖτο τοῦ Ἰσραὴλ Θῶλας· ἐν δὲ τοῖς καιροῖς τοῦ Θῶλα ἦν ἐν τῇ Φρυγίᾳ χώρᾳ Μαρσύας ὁ φιλόσοφος ὅστις ἐφεῦρε διὰ μουσικῆς αὐλοὺς ἀπὸ καλάμων[3]. Corruit igitur de Iuba Dionysii auctore opinio[4].

Neque felicius res successit Schmidtio, cum lyricorum vitas Suidanas ad Didymum redire sibi persuaderet[5]. Adest enim gravissimus, qui nec Schmidtium fugit, locus, qui illam opinionem labefaciat. Fuit apud veteres nobilis de Theognidis patria contentio, cum alii Platonem[6] secuti poetam Megarensem Siciliensem esse vellent, alii ex Megaris urbe iuxta Atticos sita natum esse affirmarent. Horum opinionem amplexus est Didymus (v. schol. Plat. leg. I 630 A)[7], illos sequitur Dionysius apud Suidam s. Θέογνις Μεγαρεὺς τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων. Quod autem Schmidt (p. 394) scribit Θ. Μεγαρεὺς δὲ τῶν ἐν

---

[1] Ἑνὶ καλάμῳ male ponitur iuxta αὐλόν, quoniam unusquisque κάλαμος est αὐλός. Corrigendum videtur in αὐλούς, nisi forte sub verbis καὶ αὐλόν epithetum quoddam fistulam illustrans latet.

[2] Alia congessit Bellermann (Anonym. de musica p. 34 n. 28).

[3] v. Georg. Cedren. I 148, 12 sqq. Bonn.

[4] Probata est Daubio p. 411. Ceterum nihil valent, quae Rohde p. 79 de Iuba a Sopatro usurpato disputat. Quid quod solus liber decimus septimus in illius manus pervenit? Denique ne potuit quidem, etiamsi voluisset, Dionysius nisi theatralia sola ex Iuba petere.

[5] Did. Chalc. fr. p. 386 sqq. De Didymo musico ille quamvis dubitanter cogitat p. 392.

[6] Leg. I 630 A. cf. Harpocration s. Θέογνις.

[7] Ex Proclo fluxisse explicationem censet Mettauer, De Platonis scholior. fontibus diss. Turic. (a. 1880) p. 29.

Ἀττικῇ Μεγάρων, πολίτης δὲ τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων, quo discrepantia atque ἀμφιβολία tollatur, ratione ac via caret [1].

Viam ad indagandos Suidae in biographicis fontes novam aperuit Volkmanni dissertatio (v. supra p. 20), cum veteris atque eximiae doctrinae reliquias per poetarum vitas sparsas colligeret earumque omissis, per quos in Suidam influxissent rivulis, originem exploraret [2]. Volkmann rem ita instituit, ut priore capite *de diversorum poesis generum primordiis et incrementis* ad Aristotelem [3] revocandis dissereret, deinde alterum caput de Alexandrinorum, quae spectarent et ad gradum dignitatum inter poetas faciendum et ad catalogos librorum conficiendos, studiorum vestigiis in Suidanis poetarum vitis patentibus adiungeret. Quod si probavit Volkmann, vides quantum inde fructum percipiat Dionysius noster. Ac tabulas quidem operum ex litterarum serie ordinatas stichometriaeque notis etiamnunc ex parte praeditas [4] summo iure ad Alexandrinorum et Pergamenorum (Suid. s. Ἀλκμάν) [5] bibliothecariorum operam referri confessum est [6]. Quorum in numero antecedit Callimachus opere, cui titulus fuit πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν ἐν βιβλίοις κ΄ καὶ ρ΄, de cuius indole docuit Wachsmuth Philol. XVI p. 656 et p. 661 sq. Sed quantum in tabulis Suidanis Callimacho, quantum iis, qui eius successores fuerunt in munere aut in iisdem studiis imitatores, quantum Pergamenis debeatur, quaestio est multis difficultatibus impedita, quam ad solvendam unaquaeque tabula ad suam originem reducatur oportet. Quod autem in indicibus valet, idem statuendum est de notationibus, quae spectant ad vitam studiaque poetarum describenda [7]. Biographica autem iam Callimachus in

[1] v. Dilthey Mus. Rhen. XVIII p. 151 et Nietzsche Mus. Rhen. XXII p. 198 sq.

[2] Lyricorum vitas plurimas Didymo deberi concedit Schmidtio p. 23. n. 1.

[3] Quamquam nec Heraclidem exclusit nec Aristoxenum nec alios (p. 21—23).

[4] v. Ritschl opusc. I p. 74 sqq.; Wachsmuth Philol. XVI p. 654.

[5] cf. Wachsmuth, De Cratete Mallota p. 63.

[6] v. Wachsmuth Philol. XVI p. 662 et Symb p. 148 sqq.; Daub p. 419 et alias. Alias tabulas Loboni deberi probavit Hiller Mus. Rhen. XXXIII p. 522, alias suppeditavit Athenaeus v. Volkmann p. 35 sqq.; Daub p. 482 sqq.

[7] De Theognidis vita v. Nietzsche Mus. Rhen. XXII p. 198 sq.

πίνακας receperat [1]. In universum igitur res ea videtur esse, ut extrema lineamenta ad Callimachum vel bibliothecariorum operam revocanda, pigmenta autem e diversis fideliis illita sint. Praeclarum hic sibi locum vindicant philosophi peripatetici. Neque, ut iam redeamus ad Volkmannum, negari potest Aristotelis ipsa vestigia inesse ad rem scaenicam pertinentia. In quo numero sunt, quae de histrionum numero [2] scaenicisque mutationibus deque comoedia ab Epicharmo in Sicilia inventa narrantur [3] (v. Volkmann diss. p. 3—6 et 7—9). Addi potest Suidas s. v. Νεόφρων ἢ Νεοφῶν Σικυώνιος τραγικός, οὗ φασιν εἶναι τὴν τοῦ Εὐριπίδου Μήδειαν [4], quocum conferendum argumentum in Medeam Eurip. (schol. ed. Dind. IV p. 2 = Mueller FHG II p. 185 fr. 269) τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας ὡς Δικαίαρχος ἐν τῷ περὶ Ἑλλάδος βίου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὑπομνήμασι [5]. In epicorum autem atque lyricorum vitis nihil iam invenitur, quod faveat Volkmanno [6]. Nam quae ex Aristotelis testimonio docuit Ciceronis scholiasta Bobbiensis de poetis elegiacis, Proclus de Arione chori cyclici inventore, quamvis congruat Suidas, nullam vim habent, postquam sub falso Aristotelis nomine Aristoclem latere Rose demonstravit (p. 620). Fugisse autem videtur Volkmannum discrepantia inter Aristotelem et Suidam sat gravis, quae est de parodiae inventore, quem Hegemonem Thasium fuisse docet ille (a. poet. p. 1448 a) Hipponactem hic s. v. Ἱππῶναξ. Locum, quem supra exhibui-

---

[1] Immerito dubitat Wachsmuth Phil. XVI p. 661. v. Daub p. 419 sqq. Volkmann Symbol. p 729.

[2] Discrepantiam inter Aristotelem apud Themistium et Aristotelis art. poet. IV 1449a, quae est de numero histrionum Aeschyleo, postquam declarare studuit Volkmann quaest. sel. p. 4, sustulit Usener Mus. Rhen. XXV p. 580, cum emendaret in lectione Themistiana Αἴσχυλος δὲ τρίτον δύο ὑποκριτάς.

[3] v. Usener Mus. Rhen. XXVIII p. 423. Aliter iudicat Wilamowitz Hermes IX p. 340.

[4] Laert. Diog. II 17, 10.

[5] Confundit ὑπομνήματα cum didascalicis Richter, De Aesch. Soph. Eurip. interpretibus gr. (Berol. 1839) p. 41 n. 112. Müller l. l. In commentarios historicos fragmentum recepit Rose, Aristot. pseud. p. 563.

[6] Nisi forte, quod inter quinque Stesichori patris nomina Hesiodus a Suida nominatur (s. Στησίχορος), contulerit quisquam cum Aristotelis in Procli genere Hesiodeo (p. 48, 80 W.) opinione. De re v. Robert, *Philol. Unters.* V p. 189.

mus ex argumento Medeae, non magis Aristoteli favere quam Dicaearcho manifestum est. Item de tritagonista a Sophocle inducto convenire inter Suidam i. e. Dionysium et Dicaearchum ex hac collatione cognoscitur.

Suidas s. v. Σοφοκλῆς
οὗτος πρῶτος τρισὶν ἐχρήσατο ὑποκριταῖς καὶ τῷ καλουμένῳ τριταγωνιστῇ

Vita anon. Aesch. (p. 121 W.)
τὸν δὲ τρίτον ὑποκριτὴν αὐτὸς (sc. Aeschylos) ἐξεῦρεν ὡς δὲ Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος Σοφοκλῆς [1]

Nec deesse alia apud Suidam Dicaearcheae doctrinae documenta, quos exhibui loci sunt testes

Suidas s. Ἀρίων
... λέγεται .. ... πρῶτος χορὸν στῆσαι καὶ διθύραμβον ᾆσαι.

Schol. Aristoph. av. 1403 p. 241 Dübn.
Ἀντίπατρος δὲ καὶ Εὐφρόνιος [2] ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φασι τοὺς κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Λᾶσον τὸν Ἑρμιονέα οἱ δὲ ἀρχαιότεροι Ἑλλάνικος καὶ Δικαίαρχος Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον, Δικαίαρχος μὲν ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων, Ἑλλάνικος δὲ ἐν τοῖς καρνεονίκαις [3].

Suid. s. Ἀριστοφάνης
Ἀριστοφάνης ... παῖδας σχὼν Ἀραρότα, Φίλιππον, Φιλέταιρον κωμικούς

Schol. Plat. apol. 19 C p. 227 H.
τρεῖς δ' ἔσχεν υἱοὺς Φίλιππον ... καὶ Ἀραρότα . . . καὶ τρίτον δν Ἀπολλόδωρος μὲν Νικόστρατον καλεῖ [4], οἱ δὲ περὶ Δικαίαρχον Φιλεταῖρον [5]

Certamina Dionysiaca a Dicaearcho tractata fuisse in libris περὶ μουσικῶν ἀγώνων opinatur Mueller FHG III p. 249, quos partem explevisse operis περὶ βίου Ἑλλάδος coniectura Naekii (opusc. I p. 330) est non probabilis. Quae restant duo fragmenta peculiaribus libris de poetis dramaticis conditis, de quibus nihil traditum est, vindicavit Mueller l. l. p. 247—48.

Altero loco memorandus est Heraclides Heracleota sectae

---

[1] v. Arist. a. p. 1449 a; vita anon. Soph. p. 127, 25 W.

[2] v. Schneider, De vet. in Ar. schol. font. (Sund. 1838) p. 87 c. n. 3.

[3] Ex Cordesii coniectura. v. Volkmann (Quaest. sel. p. 12), qui discrepantiarum in re exempla congessit.

[4] Consentit auctor vitae anon. Aristoph. (p. XXVIII. 78 sqq. Dübn.) et Thomas Magister (p. 160, 17 West.).

[5] De scholii origine iudicium cohibet Mettauer l. l. p. 60. v. Cohn Annal. philol. suppl. XIII (a. 1884) p. 780.

platonicae vel peripateticae. Scripsit ille tum alia multa tum συναγωγὴν τῶν ἐν μουσικῇ, quam ut laudat Plutarchus (περὶ μουσικῆς p. 18, 6 Westph.) ita in priore libelli parte fere solam adhibitam esse docuit Westphal (comment. p. 25 et 67 sqq.). Leguntur apud Plutarchum (p. 5, 25) haec: τινὰς δὲ τῶν νόμων τῶν ὑπὸ Τερπάνδρου πεποιημένων Φιλάμμωνά φασι τὸν Δελφὸν συστήσασθαι, quibuscum si contuleris verba Suidana s. Τέρπανδρος . . . καὶ νόμους λυρικοὺς πρῶτος ἔγραψεν εἰ καί τινας ⟨codd. τινες⟩ Φιλάμμωνα θέλουσι γεγραφέναι, haud scio an mecum ad Heraclidem revocaturus sis [1]. Deinde inspicias Plutarchum (p. 13, 6 W.): Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ τὴν κιθαρῳδίαν καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτόν φησιν Ἀμφίονα ἐπινοῆσαι quocum consentientem vides Suidam s. Ἀμφίων οὗτος παλαιᾶς μουσικῆς εὑρετής [2].

Venio ad Dicaearchi 'aequalem et condiscipulum' [3] virum inter peripateticos in musicis studiis versatissimum Aristoxenum Tarentinum. Eius si cuius alius libros ut inspexisse Dionysius iudicandus est, ita indagandi in vitis Suidanis reliquias nulla praebetur ansa [4].

Summatim de aliis agemus. Chamaeleonti [5] ex Athenaei (XIII 600 f.) auctoritate adscribi possunt verba Suidana s. v. Ἀλκμάν ..... καὶ ὢν ἐρωτικὸς πάνυ εὑρετὴς γέγονε τῶν ἐρωτικῶν μελῶν [6]. Nec Duridis Theophrastei suspectae fidei scriptoris vestigia deesse docet Suidas s. v. Πιττακός . . . . ἦ

[1] Suidas s. Ὄλυμπος . . . μαθητὴς καὶ ἐρώμενος Μαρσύου componendus est cum Heracleide (apud Plut. p. 6, 22 W.): οὗτος (sc. Ὄλυμπος) γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ.

[2] Volkmann quaest. sel. p. 21.

[3] Cic. Tusc. I 18, 41.

[4] Fortasse referes ad eum Lasi patris nomen apud Suidam s. v. cl. Laert. Diog. I 1, 14; Müller FHG II p. 184 fr. 52.

[5] De eius aetate nunc v. Schrader Philol. XLIV p. 247. Fragmenta collegit et explanavit E. Köpke progr. Berol. a. 1856. Adiiciendum est uni, quod attulit ex Pindari vita, fragmento alterum ex vita Pind. Eustath. (p. 92, 72 sqq. W.): Χαμαιλέων δέ φασι καὶ Ἴστρος ἱστοροῦσιν ὡς περὶ Ἑλικῶνα θηρῶντος αὐτοῦ καὶ καμάτῳ κατενεχθέντος εἰς ὕπνον μέλισσα τῷ στόματι προσκαθίσασα κηρία ἐνέθετο . . . καὶ οὕτως οἰωνισάμενος ἔπειτα εἰς ποιητικὴν ἐτράπη.

[6] Anacreontem alii pro inventore habuerunt v. Clem. Alexandr. p. 133, 16 Sylb.

Ὑῤῥαδίου Θρᾳκός cl. Laert. Diog. I 4, 1 (Mueller FHG II p. 482 fr. 53). Duris autem inter eos est, qui ab Hesychio nominatim laudantur (v. Suid. s. Πανύασις = Mueller ib. fr. 57). Ad Neanthem Cyzicenum[1] revocari possunt verba Suidana s. Ἴβυκος ... καὶ πρῶτος εὗρε τὴν καλουμένην σαμβύκην collato Athenaeo IV 175 e (v. supra p. 23)[2], ad eundem fortasse verba s. Ἐπίχαρμος ... ἢ ἐκ πόλεως Κράστου τῶν Σικανῶν comparato Steph. Byz. p. 382, 13 M. (= Mueller III p. 4 fr. 8). Suidas s. v. Σαπφώ ... καὶ πρώτη πηκτίδα[3] εὗρεν congruit cum Athen. XIV 635 b: Μέναιχμος[4] δ' ἐν τοῖς περὶ τεχνιτῶν τὴν πηκτίδα ... Σαπφὼ φησιν εὑρεῖν. Hipponacti parodiam inventam deberi consentit cum Suida Polemo auctor nobilis apud Athen. XV 698 b. Aratum una cum Antagora et Alexandro Aetolo in Gonatae aula vixisse (v. Suidas s. Ἄρατος) docuerat Antigonus (Alexandrinus) in libris contra Hieronymum scriptis (v. Arati gen. γ' p. 58, 16 W.), cum alii alios socios nominarent. De Arati patria convenit Suidae cum Callimacho, qui vulgarem opinionem secutus est (v. Ar. gen. α' p. 52, 6 W.), cum discrepet Asclepiades ἐν τῷ ια' περὶ γραμματικῶν (p. 52, 5 W.). Quaestio exercuit criticorum animos utrum pro Homeri an Hesiodi imitatore habendus sit phaenomenorum scriptor. Hesiodeum poetam esse arbitratus est Callimachus (gen. α' p. 54, 77 sqq.), Homeri sectatorem tum alii tum Boëthus quidam. A partibus Callimachi adversariorum stat Suidas s. Ἄρατος. Denique ut ad inferiora tempora perveniamus, in comparationem vocare licet Suidam s. Ὄλυμπος ... ἡγεμών τε γενόμενος τῆς κρουματικῆς μουσικῆς ⟨τῆς διὰ τῶν αὐλῶν⟩[5] cum Plutarchi περὶ μουσικῆς (p. 5, 8 W.) verbis inter excerpta Heraclidea inculcatis: Ἀλέξανδρος δ' ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν περὶ Φρυγίας κρούματα Ὄλυμπον ἔφη πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίσαι[6]. Laudatur ὁ Πολυΐστωρ ἐν τοῖς περὶ Λυκίας s. v. Ὠλήν.

---

[1] Neanthem alterius saeculi initia vidisse testis est Athen. XV 699 d. cf. Müller III p. 2.

[2] Sambyci cuidam inventionem vindicat Scamon apud Athen. XIV 637 b.

[3] Codd. πλῆκτρον v. Rohde, de Polluc. fontib. p. 49 n. 1 et Volkmann quaest. sel. p. 14.

[4] Vixit sub Ptolemaeo Lagida. v. Boeckh Pind. II 1 p. XXI.

[5] Haec verba interpolationis suspicionem movent.

[6] v. Schol. Plat. Min. 318 B p. 371 H. et Clem. Alex. Strom.

Haec ad fontem suum reduxisse satis habeo, quae, etiamsi non ex omni parte scrupulis carent, tamen nonnihil collatura spero ad cognoscendos Suidae auctores. Adde his, quorum nomina Suidas servavit, auctores Artemonem[1] (s. Ἀρκτῖνος), Asclepiadem Myrleanum (s. Ὀρφεὺς Κρότων.), Callimachum (s. Ὠλήν), Callistratum Aristophaneum (s. Φιλόξενος), Cratetem (s. Ἀλκμάν), Eugaeonem (s. Αἴσωπος)[2], Hermippum (s. Σίβυλλα .. Ἐρυθραία) Istrum (s. Φρῦνις)[3], Lyconem (s. Ἐπίχαρμος). Nicandrum s. Αἰσχρίων. Accedunt Duris et Alexander. Horum nominum nonnulla in vitis Sophoclea et Aratea, in Pindari vita ab Eustathio facta occurrere memineris velut Callimachi, Asclepiadis, Aristoxeni, Chamaeleontis, Dicaearchi, Istri, Hermippi, Neanthis. Similitudines autem interesse inter vitas anonymas et Suidanas, quamvis non desint in singulis discrepantiae, facile apparet. Similia certe sunt fontium genera, quorum unum alterumve illu-

---

p. 132, 45 Sylb., quem Plutarchum inspexisse opinatur Ritschl opusc. I p. 260 n. 6.

[1] De Artemonis Clazomenii aetate nihil novi v. Mueller IV p. 340. Alius est Artemo Cassandreus, quem Dicaearchum expilasse cognoscas ex hisce:

Schol. Platon. Gorg. 451 E

σκόλιον λέγεται ἡ παροίνιος ᾠδή, ὡς μὲν Δικαίαρχος ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγώνων, ὅτι τρία γένη ἦν ᾠδῶν, τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ᾀδόμενον (τὸ δὲ) [supplev. Naeke] καθ' ἕνα ἐξῆς τὸ δὲ ὑπὸ τῶν συνετωτάτων ὡς ἔτυχε τῇ τάξει ὃ δὴ καλεῖσθαι σκόλιον· (v. Photius).

Athen. XV 694 a

σκόλια δὲ καλοῦνται οὐ κατὰ . . . . . ἀλλὰ τριῶν γενῶν ὄντων ὥς φησιν Ἀρτέμων ὁ Κασανδρεὺς ἐν δευτέρῳ βιβλίων χρήσεως . . . . ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἦν ὃ δὴ πάντας ᾄδειν νόμος ἦν, τὸ δὲ δεύτερον ὃ δὴ πάντες μὲν ἤδον οὐ μὴν ἀλλά γε κατά τινα περίοδον ἐξ ὑποδοχῆς, τρίτον δὲ ..... οὗ μετεῖχον .... οἱ συνετοὶ δοκοῦντες εἶναι μόνοι ..... διόπερ ὡς ἀταξίαν τινὰ μόνον παρὰ τἄλλα ἔχον τὸ μήθ' ἅμα μήθ' ἑξῆς γιγνόμενον ἀλλ' ὅπου ἔτυχεν εἶναι σκόλιον ἐκλήθη·

[2] v. Heraclideorum περὶ πολιτειῶν excerptorum fr. 10 (Mueller. II 215), quae Heraclidi Lembo adscripsit Schrader l. l p. 258.

[3] Fugit Muellerum, cum de Istro Callimachio disputaret, egregium Stephani Byz. testimonium s. Κάλλατις (p. 349, 1 M.): ἀφ' οὗ Ἴστρος Καλλατιανὸς περὶ τραγῳδίας γράψας καλὸν βιβλίον Callatiani igitur operi tribuenda sunt, quae sub Istri nomine in vita Soph. traduntur. Recte autem Mueller. I p. XC libros περὶ μελοποιῶν item Callatiano addixisse videtur. Adiiciendum est duobus Muelleri fragmentis 49 et 50 (p. 425) tertium e Pindari vita Eust. haustum (v. supra p. 28 n. 5).

strare in animo est. Fuit praecipua veterum ratio, ut, ubi externa defuerunt monumenta, vitam poetarum clarorum ex ipsis eorum operibus adumbrare atque describere conarentur adscitis aequalium, quibuscum illis familiaritas atque consuetudo aut inimicitiae fuerant, libris. Eo pertinent, quae de Simonide et Pindaro aequalibus leguntur (vita Pind. Eustath. p. 35 W.), de Pindaro sub Pythia nato (ib. p. 92, 53), de Iophonte fratribus posthabito (vit. Soph. p. 129, 55), de Aristophane pecuniae multa affecto (vit. Aristoph. p. 156, 20), de Aristophanis filiis (p. 158, 72), de Arati fratribus (p. 52, 3). Ex inferiore aetate optima exempla praebent vita Nicandrea (p. 62 W.) et, quam e codice Chisiano publici iuris fecit Ruehl, vita Dionysii Periegetae (Mus. Rhen. XXIX p. 81). Similia praebent vitae Suidanae. Ex Theognidis carmine quodam fuerunt, qui concluderent ex Megaris Siceliotarum ortum esse poetam (Suidas s. Θέογνις) et Crates, cum Alcmanem Lydum appellaret (v. Suid. s. Ἀλκμάν), debuit delegare ad illius verba [1]. Sapphonis amicae, filia, Larichus frater haud dubium est, quin posteris e carminibus innotuerint [2]. Quae de Ibyco, Anacreonte [3], aliis in pueros incensis apud Suidam aliosque traduntur, libris ipsorum nituntur. Ut Tyrtaeum Lacedaemonium fuisse natione probarent, illum ipsum de patria praedicantem in subsidium vocare licuit (v. Strabo VIII 362). Deinde autem suum sibi locum vindicant, quae ad poetarum in primis tragicorum vitam moresque illustrandos a comoedia in grammaticorum scripta abierunt. Famosa est vox Athenaei I 21 f (e Chamaeleonte) [4]: παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς ἡ περὶ τῶν

---

[1] v. Nietzsche Mus. Rhen. XXII p. 199.

[2] Welcker, *Kleine Schriften* II p. 97 c n. 41.

[3] v. Cic. Tusc. disp. IV 33, 71: ... nam Anacreontis quidem tota poesis est amatoria. Maxime vero omnium flagrasse amore Rheginum Ibycum apparet ex scriptis; de Ibyco v. Schneidewin, Ibyci Rhegini carminum reliquiae (Gott. 1833) p. 30 sqq.; de Anacreonte Welcker, *Kleine Schriften* I p. 58 sq.

[4] Laudatur Chamaeleon paulo ante I 21 e: Χαμαιλέων γοῦν πρῶτον αὐτόν ⟨sc. Aeschylum⟩ φησι σχηματίσαι τοὺς χοροὺς ὀρχηστοδιδασκάλοις οὐ χρησάμενον ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῖς χοροῖς τὰ σχήματα ποιοῦντα τῶν ὀρχήσεων, ubi extrema verba expressa sunt de Aristophane, quem ille affert I 21 f (Meineke FCG II p. 1177 fr. V): Ἀριστοφάνης γοῦν ... ποιεῖ αὐτὸν Αἴσχυλον·λέγοντα· τοῖσι χοροῖς αὐτὸς τὰ σχήματ' ἐποίουν. Decurtavit fragmentum nimis Koepke l. l. p. 33.

τραγικῶν ἀπόκειται πίστις. Aristophanes igitur laudatur, ubi de Aeschyli inventis sermo fit (p. 117, 7 W. v. Athen. I 21 d e) nec absunt eius vestigia a vita Sophoclea (p. 132, 104 W. = Mein. II 2 p. 1176). Socios in perficiendis tragoediis Euripidi fuisse Teleclides notaverat Mnesilochum et Socratem (p. 134, 1 W. = Mein. II 1 p. 371 et hist. crit. p. 86—90), Cephisophontem Aristophanes (p. 134, 14 et p. 136, 65 W. = Mein. II 2 p. 1177 fr. IV), cuius nomen pluries redit. In tragicorum autem Suidanis vitis tale quid, quale legitur s. Φιλοκλῆς . . . ἐπεκαλεῖτο δὲ Χολὴ διὰ τὸ πικρόν nemo non ad comoediae ludibrium referet, si meminerit, quae his similia saepe occurrunt ex comicis apud Aristophanis scholiastas [1]. Hinc hauriendum erat Dionysiadi, cum adgrederetur ad φιλοκωμῳδόν scribendum [2]. Natus est ex comicorum libidine Cercylas, Sapphonis maritus (v. Suid. s. Σαπφώ) [3]. Quam legimus apud Suidam (s. Λίνος) de Herculis in grammaticis praeceptore Lino historiolam non dubito revocare ad Alexidis Λίνον fabulam, de qua refert Athenaeus addito fragmento IV 164 b: ... Ἄλεξις ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Λίνῳ ... ὑποτίθεται δὲ τὸν Ἡρακλέα παρὰ τῷ Λίνῳ παιδευόμενον καὶ κελευσθέντα ἀπὸ βιβλίων πολλῶν παρακειμένων λαβόντα ἐντυχεῖν κτλ.[4]

Iam quaestio oritur, per quosnam canales diversorum, quos supra nominavimus, doctrina derivata sit in flumen Dionysianum. Nam quis est, qui credat ipsos a Dionysio inspectos esse? Proficiscendum videtur in hoc conamine ab Aristoxeno. Pluries vidimus in Athenaei libris Aristoxeni nomen occurrere, ubi Ari-

---

[1] v. schol. av. 281; ran. 78; 83; 86; 87; Acharn. 11; equit 411. pac. 803.

[2] v. Suidas s. Διονυσιάδης. Vestigia indicavit Volkmann Symb. p. 727 n. 16.

[3] v. Lehrs, *Populäre Aufsätze* p. 210.

[4] Eandem versionem novit Theocrit XXIV 103:

γράμματα μὲν τὸν παῖδα γέρων Λίνος ἐξεδίδαξεν.

Alii Herculem a Lino musicam edoctum esse putaverunt. v. Welcker l. l. I p. 46 sq. Ceterum moneo glossam Photianam λίνον (p. 398 N.) Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ λίνοις ἀντὶ χορδῶν ἐχρῶντο κτλ., quam mutilatam esse adnotavit Naber, sanari posse ex Eustath. p. 1164, 1 sqq.: φασὶ δέ οἱ παλαιοὶ καὶ ὅτι λίνῳ ἀντὶ χορδῆς τῶν παλαιῶν χρωμένων πρὸς τὴν κιθάραν ὕστερον μείναντος τοῦ ὀνόματος ἡ χορδὴ λίνον καλεῖται κτέ.

stocles laudatur. Cuius rei exempla habeo haec. Athen. IV 174 c: ἱστορεῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ χορῶν οὑτωσί πως λέγων· ζητεῖται πότερα τῶν ἐμπνευστῶν ἐστὶν ὀργάνων ἡ ὕδραυλις ἢ τῶν ἐντατῶν. Ἀριστόξενος μὲν τοῦτο οὐκ οἶδε κτλ. Athen. XIV 630 b: καλεῖται δὲ ἡ μὲν σατυρικὴ ὄρχησις, ὥς φησιν Ἀριστοκλῆς ἐν ὀγδόῳ τῶν περὶ χορῶν, σίκιννις καὶ οἱ σάτυροι σικιννισταί ... ἄλλοι δὲ Κρῆτα λέγουσι τὸ γένος εἶναι Σίκιννον· ὀρχησταὶ δὲ οἱ Κρῆτες ὥς φησιν Ἀριστόξενος κτλ.[1] Athen. XIV 620 e: καταλέγει δ' ὁ Ἀριστοκλῆς καὶ τούσδε ἐν τῷ περὶ μουσικῆς γράφων ὧδε· μαγῳδός· οὗτος δέ ἐστιν ὁ αὐτὸς τῷ λυσιῳδῷ· Ἀριστόξενος δέ φησιν κτλ. Deinde 621 b c Aristoxeni memoriam coniunctam videmus cum Aristocle[2], cui ut totam de iocularis atque scurrilis poesis generibus explicationem per capita 13—16 continuatam vindicemus, tenor unus semper atque idem postulat. Illi igitur debetur cinaedologorum index[3], qui est in capite decimo tertio. Quod si probaverimus, non dubitabis mecum Suidam in tabula cinaedicorum Athenaeo locupletiorem (s. Σωτάδης) ad eandem originem referre. Item fortasse ad Aristoclem revocandus est index saltatorum, qui ex Aristoxeno (I 22 b) affertur apud Athen. I 22 c d: ὀρχησταὶ δὲ ἔνδοξοι Βόλβος μὲν παρὰ Κρατίνῳ καὶ Καλλίᾳ, Ζήνων δὲ ὁ Κρὴς ὁ πάνυ Ἀρταξέρξῃ προσφιλέστατος παρὰ Κτησίᾳ. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῇ πρὸς Φιλόξενον ἐπιστολῇ μέμνηται Θεοδώρου καὶ Χρυσίππου, quod ut facilius credam, movet me Aristocles in simili argumento antea (I 22 a) laudatus[4], quodque in initio totius de artis saltatoriae elementis atque progressibus (I 20 d e c. 37) Aristocleam doctrinam deprehendere mihi videor collatis verbis καὶ τῆς σατυρικῆς ἣ ἐλέγετο σίκιννις διὸ καὶ οἱ σάτυροι σικιννισταί κτλ cum eis, quae supra ex Aristocle exhibuimus[5].

---

[1] Recte Rohde, De Polluc. fontib. p. 42 sq. Aristocli Athen. XIV c. 28—30 tribuit.

[2] Verba Aristoclea (621 c): ὁ δὲ μαγῳδὸς καλούμενος .... πάντα ποιεῖ τὰ ἔξω κόσμου ὑποκρινόμενός ποτε μὲν γυναῖκα .... ποτὲ δὲ ἄνδρα κτλ. redolent Aristoxenum (620 e): τὸν μὲν ἀνδρεῖα καί γυναικεῖα πρόσωπα ὑποκρινόμενον μαγῳδὸν καλεῖσθαι.

[3] v. Volkmann Symb. p. 723 sq.

[4] De opere περὶ χορῶν cogitandum est.

[5] Quae mox sequuntur apud Athen. 20 e f verba: Σοφοκλῆς — αὐτὸς ἐκιθάρισεν mirum in modum conveniunt cum vitae Sophocl. auctore (p. 127, 18 sqq. W.).

Aristoxeni igitur doctrinam propagatam esse ab Aristocle facile unusquisque concesserit. Neque alios ille consuluisse negandus est. Exstant in Bekkeri Anecd. gr. I p. 451 haec: Ἀσιὰς ἡ κιθάρα . . . Δοῦριν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ λέγειν ὅτι ἐκλήθη Ἀσιὰς ἀπὸ τῶν χρωμένων Λεσβίων οἵτινες οἰκοῦσι πρὸς τῇ Ἀσίᾳ. Haec cum sic recto talo stare non possent, Mueller FHG IV p. 331 probabiliter Aristotelis nomen mutavit in Ἀριστοκλῆς[1]. Itaque alterum huius auctorem nacti sumus Duridem, quem a Dionysio item adhibitum fuisse supra doctum est (p. 28 sq.). Nec non Chamaeleon recipiendus est inter Aristoclis auctores, siquidem Athenaei XIV caput 12, quo de carminibus a rhapsodis in medium prolatis addito illius nomine enarratur, totum ex opere de choris composito fluxisse mecum convenies. Restat denique res gravissima. Quam supra ad Dicaearchum revocare licuerat de Arione chori cyclici institutore notationem Suidanam, eandem pro Aristoclea doctrina vendere contigit[2], postquam in Procli chrestomathiae (Westphal, Scriptor. metric. graec. p. 244, 26) verbis τὸν δὲ ἀρξάμενον τῆς ᾠδῆς Ἀριστοτέλης Ἀρίονά φησιν εἶναι ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν pro Ἀριστοτέλης scribendum esse Ἀριστοκλῆς perspexit Rose (l. l. p. 620 fr. 12). Quattuor igitur Aristoclis auctores deprehendimus, quorum vestigia item in Dionysianis vitis apud Suidam latere vidimus. Duae autem exstant in Dionysii vitis doctrinae Aristocleae reliquiae manifestae. Itaque non vereor, ne in temeritatis audaciaeque opprobrium incidamus, si Aristoclis libros a Dionysio in condenda historia musica consultos esse suspicabimur. Cui opinioni et aetas et studia viri quam maxime favent. Intellegendus nimirum est Aristocles Rhodius, quem inter aequales suos numerat Strabo XIV 655, 13[3]. Ex libris autem in censum

---

[1] v. Rose p. 621. Conferantur Heraclidis apud Plutarchum περὶ μουσικῆς (p. 6 W.) verba: ἐκλήθη δ' Ἀσιὰς διὰ τὸ κεχρῆσθαι τοὺς Λεσβίους αὐτῇ κιθαρῳδοὺς πρὸς τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας.

[2] Dicaearchus autem laudatur in Athen. XIV capite 12, quod modo Aristocli addiximus.

[3] Ptolemaeo Euergeta altero Aristoclem aetate aliquanto inferiorem fuisse testatur Athenaeus IV 174 d, ubi verba καί φασι τοῦτο εὑρῆσθαι . . . διαπρέψαι δέ φασι notanda sunt. Apollodorus igitur, qui contra Aristoclem scripsit (Athen. XIV 636 f.) Atheniensis esse non potest, quem chronica post annum 129 iterum edidisse compertum est. v. Diels Mus. Rhen. XXXI p. 5.

veniunt, quos scripsit περὶ ποιητικῆς (v. Ammon. ed. Valck. p. 54), deinde quos laudat Athenaeus περὶ χορῶν et περὶ μουσικῆς libros ab Aristocle quodam compositos, quem confundendum esse cum Rhodio recte conclusit Schmidt (Didym. fr. p. 25). Denique bis Aristoclis mentio fit in Procli ad Timaeum Platonis commentariis (p. 7 et 27 Schneid.)[1] ita, ut de opere, quo de diebus festis egerit scriptor, cogitare liceat[2], quod sane optime in usum convertere potuit Dionysius. Proclus Aristoclem novisse videtur ex Didymi libris de poetis lyricis compositis[3].

Haec cum iam in eo fere esset, ut typis describenda curarem, in notitiam venit Bappi 'De fontibus quibus Athenaeus in rebus musicis lyricisque enarrandis usus sit' commentatio[4], in qua Athenaei capita quaedam Aristoclea sapientia imbuta ad Dionysium revocavit. Quem si respicere voluissem vel refutare — neque enim illud mihi persuasit — hanc dissertationis partem quasi novam rescribi oportuit, quod nec libitum fuit nec licitum. Alia Bapp praesumpsit, quae primus invenisse mihi videbar; de pluribus me dissentire ab illo scientem non latebit, quod singillatim indicare longum fuit.

[1] In altero loco restituit Aristoclis nomen e codicum lectione Ἀριστοτέλης primus Bergk (v. Schmidt, Did. p. 26). In eandem coniecturam inciderunt Rose p. 619 et Usener Mus. Rhen. XXV p. 614.

[2] Inter commentatores Platonicos refert Aristoclem Usener l. l.

[3] v. Schmidt, Did. p. 391. Primarium quendam Procli fontem indicavit Reifferscheid, Suetonii reliquiae p. 18 sq., cum eius de poesi elegiaca et iambica (v. Aristot. a. p. 1448 b) expositionem conferret cum Suetonii graeco auctore peripatetico (cf. p. 379). Fugit Reifferscheidium summus consensus, qui est inter Suetonium et Demoleontem (Et. Gud. p. 180, 16): Δημολέων δὲ ἐν τῷ περὶ μέτρων παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας ἢ παρὰ τὸ ἔλεγον τὸν θρῆνον. Demoleon quis sit nescio. Alium fontem monstrat Athenaeus ⟨ex Pamphilo⟩ XI 495 e f, ubi de pentaploa calice epheborum in cursus certamine victorum praemio ex Aristodemo narratur. Cum his ita consentit Proclus in oschophoriis describendis (p. 249, 17 sqq. Westph.), ut de communi auctore Aristodemi cum illius fonte cogitemus oporteat. Aristodemum Eleatam Aristarcheum ut in Pindari commentario (v. Boeckh II 1 p. XIV) alias alios atthidographos exscripsit (v. schol. Olymp. III 22 p. 95 B.) ita hic Philochorum sequi ex Athenaeo verisimile fit (v. Harpocration s ὀσχοφόροι, ubi Φιλόχορος ἐν τῇ β′ pro ιβ′ corrigendum sit et s. σκίρον). Philochorea item videtur Procli doctrina.

[4] *Leipziger Studien* VIII p. 87—160.

Caput IV

De Dionysii reliquiis extra vitas Suidanas servatis

Dionysii historiam musicam, in qua largas veteris doctrinae atque eruditionis copias cumulatas fuisse vidimus, posteris exoptatissimam fuisse, unde hortulos irrigarent, ut per se patet ita docuit Hesychius docebuntque alii. Nam etiamsi non dubium est, quin Procli chrestomathia quamvis forma decurtata[1] Dionysio nonnullum detrimentum intulerit, tamen Dionysium usque ad ultimos antiquitatis terminos non iacuisse testes producam.

Primum locum teneto scholion Aristideum (ed. Dindorf. III p. 537; Frommel. p. 203)[2]:

Παλλάδα περσέπτολιν· ταῦτα Ἀριστοφάνους ἐν αὐταῖς κείμενα ταῖς Νεφέλαις ⟨ταῦτα — Νεφ. omittunt Oxon. et A⟩ εἶδος δὲ ⟨δὲ om. Oxon.⟩ τοῦτο ᾄσματος καὶ ἀρχή· τὸν δὲ ποιητὴν αὐτοῦ ⟨αὐτόν Mon. Fr.; D Dind.⟩ Ῥοῦφος καὶ Διονύσιος ἱστοροῦσιν ἐν τῇ ⟨τῇ om. Oxon.⟩ Μουσικῇ Φρύνιχόν τινα ἄλλοι δέ φασι Λαμπροκλέα ἢ Στησίχορον· τὸ δὲ δεινὸν γελοίως ἀντίκειται ⟨παρὰ τῷ κωμικῷ add. Oxon.⟩ τὸ γὰρ ᾆσμα οὕτως ἔχει· Παλλάδα περσέπτολιν κλεισοπολεμαδόκον ⟨πολεμοδόκον B D Ox.⟩ ἁγνὰν ⟨ἁγνὴν B; ἁγίαν Oxon.⟩ παῖδα Διὸς μεγάλου ⟨μεγάλα B; μεγάλαι D; μεγάλην Oxon.⟩ δαμνηπῶλον ἄϊστον ⟨ἄριστον Oxon.⟩ παρθένον·

Comparandum est schol. Aristophan. nub. 967 p. 121 ed.

---

[1] Usener Mus. Rhen. XXVIII p. 414; Jahn-Michaelis, *Griechische Bilderchroniken* p. 97. De Procli persona v. Wilamowitz, *Philol. Untersuch.* VII p. 330.

[2] Adhibiti sunt ab editoribus ex Reiskii collectione scholiorum duo codices Meermanniani (A et B Dind.) atque Monacenses tunc Augustani (C. D). Dindorf novo apographo codicum Oxoniensium in primis Barocc. 136 s. XIII exeunt. optimae notae libri et Oxoniensis 249 usus est. Frommel, quae circumferebantur scholia, e Leidensi atque Monacensi emendavit atque auxit.

Duebn. (e cod. Rav. et Ven. 474), unde discimus Dionysium in hac controversia Eratosthenis[1] auctoritati se adiunxisse.

Scholia Aristidea cum notationibus suis ditavit tum redegit Sopater sophista Apameensis (v. Frommel praef. p. XIV sqq.), qui Dionysii quoque epitomam Rufianam in eclogas recepit. Itaque dubium esse nequit, quin Sopatro Dionysii et Rufi mentio debeatur. Suspicio inde nascitur haud levis alia praeterea ex musica historia frustula a docto sophista infarsa esse in scholiorum corpus. Sed si perlustraveris paginas, miraberis aliarum rerum scientia dignissimarum copiam, aegre desiderabis, quae originis Dionysianae indicia prae se ferant. Sed spes locupletandi ex scholiis Aristideis reliquias Dionysianas, etiamsi in praesens omittenda, tamen non abiicienda est in omne aevum. Pauca adhuc ab editoribus collata sunt Aristidis manuscripta, latent atque dormiunt in bibliothecis praesertim italicis codices non pauci neque ii inferioris notae, quos si postera aliquando aetas excutiet, aliquem inde fructum in Dionysium quoque redundaturum esse confidendum est.

Fragmentum Dionysii alterum suppeditat Stephanus Byzantius[2] s. v. Ὑδρέα p. 646, 4 sqq. Mein.

οὕτω γὰρ ἐχρημάτιζεν Εὐάγης Ὑδρεάτης κωμῳδίας ποιητὴς ὡς Διονύσιος εἰκοστῷ τρίτῳ τῆς μουσικῆς ἱστορίας ⟨ἱστορεῖ R⟩ 'ἦν δ' ὁ Εὐάγης ποιμήν τις ἀγράμματος δηλαδὴ καὶ τῆς ἄλλης παιδείας ἄπειρος, ποιητὴς δ' ἀγαθὸς κωμῳδιῶν'.

Dionysium ex auctorum Philonis numero exclusimus (p. 11 sqq.), a Stephano ipso inspectum esse probabile fit. Reperiuntur autem in ethnicis alia, quae vulgo Philoni tribuantur, re vera Dionysio reddenda sint. Incerta igitur fiunt, quae Rohde Mus. Rhen. XXXIV p. 561 sqq. de Philone Hesychiano[3] ex Stephano resuscitando quamvis caute disputavit. Ad Aelium retulerim verba s. Φάσηλις (p. 660, 6 sqq.):

Θεοδέκτης δ' ἦν γένος Φασηλίτης, υἱὸς Ἀριστάνδρου, κάλλει διαφέρων, ὃς ἐποίησε τραγῳδίας ν' καὶ ῥητορικὰς τέχνας καὶ λόγους ῥητορικοὺς ἐπῶν καὶ ἀπέθανε δ' Ἀθήνησι καὶ ἐπιγέγραπται δὲ αὐτῷ ἐλεγεῖον τόδε κτέ et quae de Timotheo

[1] Aliter iudicat Bergk PLG III[4] p. 554 sq.

[2] Vixit ante tempora Iustinianea. v. Rohde Mus. Rhen. XXXIV p. 563 not. 1.

[3] Daubii Philo restitutus p. 441 sqq. erebeis reddatur. cf. Rohde l. l. p. 565 c. n. 1.

leguntur s. Μίλητος (p. 452, 16 sqq.): Μιλήσιος ..... Τιμόθεος κιθαρῳδός, ὃς ἐποίησε νόμων κιθαρῳδικῶν βίβλους ὀκτωκαίδεκα εἰς ἐπῶν ὀκτακισχιλίων τὸν ἀριθμὸν καὶ προνόμια ἄλλων χίλια. θνήσκει δ' ἐν Μακεδονίᾳ. ἐπιγέγραπται[1] αὐτῷ τόδε κτέ collato Suida s. Θεοδέκτης et s. Τιμόθεος. Fortasse eodem spectant, quae de Rhintone s. Τάρας (p. 603, 6 sq.) Stephanus tradit.

Exstant in vita Aeschylea ab anonymo auctore scripta (Aeschyl. ed. Kirchhoff p. 380 sq.) haec:

πρῶτος Αἴσχυλος πάθεσι γεννικωτέροις τὴν τραγῳδίαν ἐπηὔξησε, τήν τε σκηνὴν ἐκόσμησε καὶ τὴν ὄψιν τῶν θεωμένων κατέπληξε τῇ λαμπρότητι, γραφαῖς καὶ μηχαναῖς, βωμοῖς τε καὶ τάφοις, σάλπιγξιν, εἰδώλοις, Ἐρινύσι, τούς τε ὑποκριτὰς χειρῖσι σκεπάσας καὶ τῷ σύρματι ἐξογκώσας, μείζοσί τε τοῖς κοθόρνοις μετεωρίσας· ἐχρήσατο δ' ὑποκριτῇ πρώτῳ μὲν ⟨πρῶτον codices fere omnes; fortasse scribendum sit πρῶτον μόνῳ⟩ Κλεάνδρῳ, ἔπειτα καὶ τὸν δεύτερον αὐτῷ προσῆψε Μυννίσκον τὸν Χαλκιδέα· τὸν δὲ τρίτον ὑποκριτὴν αὐτὸς ἐξεῦρεν, ὡς δὲ Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος, Σοφοκλῆς. τὸ δ' ἁπλοῦν τῆς δραματοποιίας εἰ μέν τις πρὸς τοὺς μετ' αὐτὸν λογίζοιτο φαῦλον ἂν ἐκλαμβάνοι καὶ ἀπραγμάτευτον, εἰ δὲ πρὸς τοὺς ἀνωτέρω, θαυμάσειε τῆς ἐπινοίας τὸν ποιητὴν καὶ τῆς εὑρέσεως. ὅτῳ δὲ δοκεῖ τελεώτερος τραγῳδίας ποιητὴς Σοφοκλῆς γεγονέναι, ὀρθῶς μὲν δοκεῖ, λογιζέσθω δ' ὅτι πολλῷ χαλεπώτερον ἦν ἐπὶ Θέσπιδι, Φρυνίχῳ τε καὶ Χοιρίλῳ εἰς τοσόνδε μεγέθους τὴν τραγῳδίαν προαγαγεῖν ἢ ἐπὶ Αἰσχύλῳ εἰπόντα εἰς τὴν Σοφοκλέους ἐλθεῖν τελειότητα.

ἐπιγέγραπται τῷ τάφῳ αὐτοῦ·

ἀετοῦ ἐξ ὀνύχων βρέγμα τυπεὶς ἔθανεν·

φασὶν ὑπὸ Ἱέρωνος ἀξιωθέντα ἀναδιδάξαι τοὺς Πέρσας ἐν Σικελίᾳ καὶ λίαν εὐδοκιμεῖν. ἐκ τῆς μουσικῆς ἱστορίας. ταύτῃ καὶ ἄριστος εἰς τραγῳδίαν Αἴσχυλος κρίνεται ὅτι εἰσάγει πρόσωπα μεγάλα καὶ ἀξιόχρεα· καί τινες ἤδη τῶν τραγῳδιῶν αὐτῷ διὰ μόνων ⟨δαιμόνων cod. M⟩ οἰκονομοῦνται θεῶν καθάπερ οἱ Προμηθεῖς· τὰ γὰρ δράματα συμπληροῦσιν οἱ πρεσβύτατοι τῶν θεῶν καὶ ἔστι τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῆς ὀρχήστρας θεῖα πάντα πρόσωπα.

[1] Qui de Philetae morte scripsit apud Suidam s. v. Φιλητᾶς .... ὃς ἰσχνωθεὶς ἐκ τοῦ ζητεῖν τὸν καλούμενον ψευδόμενον λόγον ἀπέθανεν, epigramma novit sepulcrale, quale servavit Athen. IX 401 e ξεῖνε Φιλητᾶς εἰμί· λόγος ὁ ψευδόμενός με | ὤλεσε καὶ νυκτῶν φροντίδες ἐσπέριοι.

Quae sequuntur verba ἰστέον ὡς οὐ κτλ inculcata sunt ex argumento Promethei fabulae, quod servavit scholiasta ad. v. 11.

Verba ἐκ τῆς μουσικῆς ἱστορίας nunc consensu omnium, quantum scio, ad Dionysii historiam musicam referuntur. Dissentitur de fragmento ipso eiusque ambitu definiendo. Librorum ratio est duplex. Mediceus et quae inde fluxerunt apographa plurima, verba ἐκ τῆς μουσικῆς ἱστορίας coniuncta praebent cum prioribus scriptura continua, contra solus, ut videtur, codex Guelferbyt. 88 item ex Medic. familia rubricatis litteris verba illa pro inscriptione vel titulo haberi vult. Posteriori autem cum Naeke, Ritter[1], Westermann alii sese addicerent, factum est, ut verba inde a ταύτῃ καὶ ἄριστος — πρόσωπα ex historia musica manasse vulgo crederetur, quamquam non defuerunt, qui illi opinioni adversantes verba φασὶ — εὐδοκιμεῖν historiae musicae tribuerent[2]. Novissime quaestioni nostrae operam navavit Schoell, De locis nonnullis ad Aeschyli vitam .... pertinentibus (Ienae 1875) p. 44 sqq. Ille profectus a verbis ἰστέον ὡς οὐ κτέ, quae argumento Promethei deberi supra indicatum est, item, quae antecedunt verba, ex argumento fluxisse statuit comparatis argumentis Agamemnonis Aeschyleae et Aiacis Sophocleae. Quod ut magis commendet, codicis Medic. lectionem δαιμόνων premens scribit δαιμονίως extincta voce θεῶν, quod argum. Aiac. verba δαιμονίως δὲ εἰσφέρει, schol. Electr. Soph. 312 δαιμονίως ᾠκονόμηται similiaque suadeant. Iam eo rem deducit, ut verba ἐκ τ. μ. ἱστ. pro subscriptione habenda sint. Verba igitur φασὶν — εὐδοκιμεῖν nullum esse dubium arbitratur, quin ex historia musica sumpta sint. His locum fuisse optime, ubi Dionysius vel Rufus Photio teste de poetis tyrannorum aut regum amasiis atque amicis explicuerit. Deinde Schoell ultra progressus omnia, quae antecedunt verba, excluso solo epigrammate inde a πρῶτος Αἴσχυλος — τελειότητα Dionysio vindicat, quem, quae quisque invenisset et unde gloriae fastigium attigisset, narrasse constet. Dicaearchus laudatur in hac vita parte. Scripsit περὶ μουσικῶν ἀγώνων. Atqui Suidas de victoriis agonalibus non pauca praebet in vitis poetarum (v. Sopater ap. Photium: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ

---

[1] Nimius fuit Ritter, Didymi Chalc. opusc. p. 89, cum verba, quae postea sequuntur τῶν ποιημάτων — αἱ ποιήσεις αὐτοῦ (sic scripserim pro αὐτῶν v. Reifferscheid, Suet. p. 4—5 c. adn.) item Dionysii esse vellet.

[2] v. Blomfield ed. Pers. praef. p. XXV.

τίνες τε οἱ ἀγῶνες); convenit cum notitia nostra de repetita Persis fabula aliqua ex parte, quae de ranarum actione altera e Dicaearcho novimus (schol. ed. Duebn. p. 273; Mueller FHG II p. 248 fr. 42). Hausit igitur Dionysius ex Dicaearchi copiis. Hactenus Schoellii opinio quam examinemus oportet. Ac primum quidem vereor, ut quisquam illi concedat verba ταύτῃ — πρόσωπα ex hypothesi derivata esse quodque in comparationem vocavit argumenta Agamemnonis et Aiacis, inde quidquam fructus carpi posse denego. In hac vitae parte summatim de Aeschylo tragicorum principe eiusque ingenio, studiis, inventis disseritur similiter ac supra (p. 118, 24 sqq. W.) et infra (p. 121, 74 sqq.; 123, 9 sqq. W.). Sicut illic scriptor, ut illustret verba, Νιόβην et Ἕκτορος λύτρα in testimonium vocat ita hic profert Προμηθεῖς. In argumentis autem tantum abest, ut in universum de poeta agatur, ut solae fabularum partes aut laudibus extollantur aut reprehensione afficiantur aut iudicium fiat sive in bonam sive in malam partem de tota fabula[1]. Verba autem ἰστέον ὡς οὐ κτλ interpolatorem sapientia sua iactantem produnt, qui cum legeret vocem Προμηθεῖς retineri non potuit, quin alios doceret, quid ipse sciret de loco actionis huius fabulae. Deinde ut ad priora verba redeamus, notitia de Aeschylo in Sicilia celebrato nullo vinculo coniungitur cum antecedentibus, ubi de inventis scaenicis et de tragicorum principe utrum sit Aeschylus an Sophocles sermo fit. Certe vix negaverim talia inesse in hac particula, qualia enarrare Dionysius potuerit. Attamen, cum ne minima quidem accedat fides externa, nullo modo adduci possum, ut cum Schoellio verba ἐκ τ. μ. ἱστ. illuc quoque pertinere putem. Itaque sola verba 'φασὶν ὑπὸ Ἱέρωνος ἀξιωθέντα ἀναδιδάξαι τοὺς Πέρσας ἐν Σικελίᾳ καὶ λίαν εὐδοκιμεῖν'[2] Dionysii historiae musicae vindico[3].

---

[1] Exempla praebent, quae collegit fabularum argumenta Trendelenburg, Grammaticorum graecorum de arte tragica iudiciorum reliquiae diss. Bonnens. (a. 1867) p. 6 sqq.

[2] Si exemeris verba Dionysiana una cum epigrammate, verba ταύτῃ καὶ ἄριστος non male excipiunt priora materia atque colore his similia. Quae conexio ut artior fiat, post κρίνεται inseruerim καί.

[3] De re inspiciatur scholiasta Aristoph. ran. 1028 (p. 304 Duebn. = Bernhardy, Eratosthen. p. 224) Ἡρόδικος δέ φησι διττὰς γεγονέναι τὰς καθέσεις . . . δοκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις σπουδάσαντος Ἱέρωνος ὥς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ' περὶ κωμῳδιῶν.

Leguntur ex cod. Paris. 2677 a Cramero excusso de comoedia haec (Anecd. Paris. I p. 8, 9 sqq.):

ἔτι ἰστέον ὅτι κατὰ Διονύσιον καὶ Κράτητα καὶ Εὐκλείδην μέρη κωμῳδίας εἰσὶ τέσσαρα· πρόλογος, μέλος χοροῦ, ἐπεισόδιον καὶ ἔξοδος· καί πρόλογος μέν ἐστι τὸ μέχρι τοῦ χοροῦ λεγομένη ῥῆσις. μέλος καλεῖται χοροῦ[1]. ἐπεισόδιον δέ ἐστι μέλος μεταξὺ μελῶν καὶ ῥήσεων δύο χορῶν· ἔξοδος δέ ἐστιν ἡ πρὸς τῷ τέλει τοῦ χοροῦ ῥῆσις. μέρη δὲ παραβάσεως ἑπτά· ἑπτάκις γὰρ ὁ χορὸς ὠρχεῖτο ἐπειδὰν δὲ εἰς τὴν ὀρχήσταν εἰσήρχετο ἦν δὴ καὶ λογεῖον καλοῦσι· ἡ μὲν οὖν πρώτη ὄρχησις κομμάτιον ἐλέγετο· ἡ δὲ δευτέρα παράβασις ὁμωνύμως τῷ γένει ἐκαλεῖτο· καὶ γὰρ τὸ ὅλον τοῦτο ἑπτάστροφον σχῆμα παράβασις ἐκαλεῖτο· ἡ δὲ τρίτη μακρόν· ἡ δὲ τετάρτη ᾠδὴ καὶ στροφή· ἡ δὲ πέμπτη ἐπίῤῥημα· ἡ δὲ ἕκτη ἀντῳδὴ καὶ ἀντίστροφος· ἡ δὲ ἑβδόμη ἀντεπίῤῥημα.

Adhibuit auctorem Parisino simillimum Tzetzes, cum scriberet versus artificiales de comoedia (v. Cramer, Anecd. Oxon. III p. 340 sqq.), cuius rei exstat testimonium perspicuum. Nempe eandem in altera comoediae parte explicanda lacunam et apud Parisinum et apud Tzetzam (p. 340, 20) reperimus. Cum Tzetzae versibus autem summa cognatio est tractatui Tzetzae Ambrosiano priori, quae inde potissimum cernitur, quod apud utrumque alterius parabaseos partis definitio vitio foedata est[2]. Suspicio autem fit gravissima tractatum Ambrosianum iambis posteriorem esse tempore, quippe cum Tzetzae versus (p. 314, 14): ἐν τετραγωνίζοντι τοῦ χοροῦ τύπῳ totus redeat apud illum (p. 115, 18 K.). Quae de quattuor comoediae partibus leguntur in Ambrosiano et Tzetzae iambis et Parisino integriora, aliunde fluxisse videntur. Contra quae de parabasi ibidem traduntur Cratetis, Euclidis, Dionysii sunt, ad quos item redire quae de comoediae partibus summatim explicantur docet tractatus Ambrosianus alter (p. 119, 3 sqq. K.). Hic ἐξηγηταί appellantur illi viri, illic titulum operis cognoscimus e verbis (p. 116, 24 K.) οἱ προκείμενοι

---

[1] Aliquid deesse notavit Cramer. Sanatur locus ex tractatu Ambrosiano priore (ed. Keil Mus. Rhen. VI p. 114, 25 = Ritschl Opusc. I p. 204): ἡ δὲ ἅμα τῇ εἰσόδῳ τοῦ χοροῦ λεγομένη ῥῆσις μέλος καλεῖται χοροῦ.

[2] cf. Tzetzes (p. 341, 20) ὄρχησις ἡ πρώτη τε τὴν κλῆσιν γένους cum Ambros. tr. (p. 115, 21 K. = p. 204 R.) καὶ ἡ πρώτη δὲ ὄρχησις ὁμωνύμως τῷ γένει παράβασις.

ἄνδρες τοῖς περὶ τῶν σκηνικῶν τῶνδε δραμάτων διδάγμασιν. Cogitavit iam Wachsmuth de prooemio, cui verba nostra adscribenda essent, Aristophaneo, cum Crateti Mallotae doctrinam vindicaret [1]. De Euclide aliunde non constat, nisi confundendus est cum eo, qui inter νεωτέρους numeratus contra Aristarchum et Aristophanem facit in scholio (L) Iliad. A 5 (p. 2 b 24 B. v. schol. A et D p. 3 a 10). Dionysium autem intellegendum esse Halicarnassensem primus, quantum scio, Meineke censuit (FCG II 2 p. 1240 not. 1). Definitiones, quae sunt de comoediae partibus, totae expressae sunt secundum Aristotelis de tragoediae divisione doctrinam (p. 1452 b c. 12) [2], simillimae autem sunt iis, quas legimus in codice Coisliniano 120 (Cramer, Anecd. Paris. I p. 405, 15 sqq.) [3] saeculo decimo scripto [4].

Sequuntur versus Tzetzae de comoedia eiusdem de tragoedia iambi (An. Oxon. III p. 343 sqq.). Duo autem excerpta conglutinasse ille videtur, quorum alterum amplectitur p. 343, 5 —p. 345, 28 alterum p. 345, 29—p. 347, 22 [5]. In illo intermixtae sunt definitiones Euclideae Aristotelicis, quales novimus ex art. poet. p. 1452 b c. 12, accedit denique tertius quidam. Subtilius hoc persequi non operae pretium videtur. In altera parte novem tragoediae partes Euclidis antecedunt, subsequuntur decem, quas alii statuerunt, ex parte cum illis consentientes. Subiungit deinde Tzetza versus hos (p. 347, 22 sqq.):

οὕτω μὲν οὗτοί φασι συμπεφυρμένως.
ὅταν ὁ Εὐκλείδης δὲ καὶ Κράτης γράφων,
ἄλλοι τε πολλοὶ τῶν λόγων διηρμένων
ἄνθρωπε κἂν κράζωσι τοῖς στροφοῖς λόγων
τὰ σκηνικὰ γράφοντες ἐμπεφυρμένως
μάθης δὲ μηδὲν ἐξ ἐκείνων ὧν θέλεις.

In margine cod. B adscriptum legitur ad. v. 26 Διονύσιος ὁ

[1] De Cratete Mallota p. 59.

[2] Totum hoc caput non caret scrupulis. v. Bernays Mus. Rhen. III p. 583 n. 2.

[3] Inspiciatur nunc Vahlen, Arist. de arte poet.[3] p. 78 sqq.

[4] Alias Coisliniani 120 cum Parisino 2677 similitudines notavit Bernays l. l. p. 585. Quae apud Tzetzam (An. Ox. III p. 342, 19 sqq.) leguntur deberi auctori Parisino simili elucet. Videantur e. g. quae congruunt de discrimine inter παλαιάν et νέαν κωμῳδίαν Tzetzae p. 342, 12 sq. cum Parisino (An. Par. I p. 4, 31 sq.).

[5] Adnectit Tzetzes in fine suam ipsius doctrinam.

Ἁλικαρνασεὺς καὶ ἕτερος κατὰ τὸν Τζέτζη. Comperimus igitur, qui sint illi 'ἄλλοι', quos praeter Euclidem inspexisse homo Byzantius censendus est. Dionysio igitur vindicandae sunt decem illae tragoediae partes. Ex his aliae communes sunt Dionysio cum Eucleide, aliae, quae illi propriae sunt, mirum in modum congruunt cum iis, quas novimus ex scholiis ad Dionysii Thracis artem grammaticam[1], ubi in easdem decem partes tragoediae fit partitio[2]. Insunt in hac scholiorum parte sicut in aliis veteris doctrinae vestigia, quod primus indicavit Usener Mus. Rhen. XXV p. 608 sqq.[3] Quae de dicendi generibus, de omnis poesis divisione, de lyricae partibus (p. 313 sq.) exponuntur, ita cum Proclo faciunt, ut ex integriore atque limpidiore quam quem ille adiit fonte fluxisse videantur. Inde ad Peripateticorum studia revocamur, quae per Didymum in Procli libros derivata videntur[4]. Ad Peripateticos igitur retulerim decem illas tragoediae partes Dionysianas.

Ad Tzetzae iamborum de poetis versum (v. Cramer, An. Oxon. III p. 337, 10): 'ἄλλους δ' ἐφευρὼν (sc. satyricarum scriptores) εἰ θέλεις τέκνον γράφε' adscriptum legitur in manuscriptis Bodleianis τοῦτο εἶπον ἡπατημένος τοῖς ἐξηγουμένοις Εὐριπίδην καὶ Σοφοκλέα γράψασιν οὕτω· τὸ δρᾶμα τὸ τῆς Ἀλκήστιδος Εὐριπίδου, καὶ ὁ Ὀρέστης καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἠλέκτρα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, σατυρικά εἰσι καὶ οὐ τραγικά· ἀπὸ συμφορῶν γὰρ καὶ δακρύων εἰς χαρὰν καταντῶσι· οὕτω μὲν οὖν ἔγραψα περὶ τῶν σατύρων τούτοις ἡπατημένος, ἐντυχὼν δὲ κτλ. Verba ad hunc versum posita sensu carent[5]. Neque Hart[6], cum ea referret ad p. 338, 4 τῶν σατύρων γέλων τε καὶ θρηνῳδίαν, verum attigit. Ipsius versus, ad quem illud scholion pertinet, sententia imperfecta est. Inspiciatur Ambros. tractat. 1 p. 116, 15 K: τοῖς δὲ τραγικὰς βίβλους ἐξηγησαμένοις πεισθείς, οἷς καὶ οὗτοί φασι τὰ αὐτά, εἶπον Ὀρέ-

[1] Publicata sunt e codice quodam Mus. Brit. a Cramero (Anecd. Oxon. IV p. 308 sqq.).

[2] l. l. p. 314, 24 sqq.; cf. Tzetza p. 347, 12 sqq.

[3] cf. Philodemi de musica . . . ed. Kemke p. 20, 21 c. not.

[4] v. supra p. 35 c. not. 5.

[5] In codice Paris. 2644, unde tractatum edidit Duebner Mus. Rhen. IV p. 393 sqq., verba adpicta sunt versui nonagesimo octavo.

[6] De Tzetzarum nomine vitis scriptis (Annal. phil. suppl. XII p. 36 n. 53).

στην καὶ Ἄλκηστιν Εὐριπίδου καὶ τὴν Σοφοκλέους Ἠλέκτραν εἶναι σατυρικὰ δράματα ὡς ἀπὸ πένθους εἰς χαρὰν καταλήγοντα, καὶ οὕτω μέτροις καὶ λοιποῖς. μου συγγράμμασι γράφων ἐδίδασκον κτλ[1]. Versus igitur olim fuerunt ἐν μέτροις (sc. de poetis), quibus de Oreste, Alcestide, Electra pro fabulis satyricis habendis tractatum erat, quique Pratinae mentioni adnexi erant. His, qui postea exciderunt vel potius propter scholion praetermissi sunt, scholion illud marginale adscriptum legebatur. Auctores autem in hac quoque re fuerunt Crates, Euclides, Dionysius. Cratetis in scholiis Euripideis reliquias collegit Wachsmuth l. l. p. 56 sqq. Euclidis nomen in commentariis tragicorum non occurrit. Dionysius commemoratur bis. In fine scholior. Orest. Eurip. (II p. 347, 5 sqq. Dind.)[2] leguntur haec: ἡ κατάληξις τῆς τραγῳδίας ἢ εἰς θρῆνον ἢ εἰς πάθος καταλύει, ἡ δὲ τῆς κωμῳδίας εἰς σπονδὰς καὶ διαλλαγάς· ὅθεν ὁρᾶται τόδε τὸ δρᾶμα κωμικῇ καταλήξει χρησάμενον. διαλλαγαὶ γὰρ πρὸς Μενέλαον τοῦ Ὀρέστου· ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἀλκήστιδι ἐκ συμφορῶν εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀναβίωσιν . . . . καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πολλὰ τοιαῦτα ἐν τραγῳδίᾳ εὑρίσκεται, quem locum excipiunt in codice Gudiano 15 aliisque tertii ordinis manuscriptis verba πρὸς διάφορα ἀντίγραφα παραγέγραπται ἐκ τοῦ Διονυσίου ὑπομνήματος ὁλοσχερῶς καὶ τῶν μικτῶν. Hoc tamen non cum Dindorfio (I p. XXVII) pro totius commentarii subscriptione habendum, sed ad sola quae antecedunt verba referendum esse[3] valde probatur codicis Havniensis[4] auctoritate, qui hanc subscriptionem una cum verbis supra exhibitis adiungit Orestis argumenti verbis ultimis τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν καταστροφήν, et inde quoque verisimile fit, quod, quae his similia nimirum Dionysiana de Alcestide fabula in scholiis exstant, item in argumento reperiuntur[5]. Hypomnema illud Dionysii quale fuerit nescio[6].

---

[1] v. tractat. Ambros. 2 p. 119, 13 sqq. K.; An. Par. I p. 7, 24 sqq.; An. Oxon. III p. 309, 19 cum scholio.

[2] v. Cobet post Geelii Phoenissas p. 266; Wachsmuth p. 56 sq.

[3] Wachsmuth l. l. p. 33 n. 2.

[4] v. Dindorf. I p. XIII.

[5] Dindorf. IV p. 87, 8 sqq.

[6] Verba, quae Par. B. (IV p. 84, 5 D.) ad finem Medeae exhibet 'πρὸς διάφορα ἀντίγραφα διονυσίου ὁλοσχερὲς καί τινα τῶν διδύμου' expedire nequeo.

Utrum alia in Tzetzae versibus adsint Dionysiana necne difficile est diiudicatu [1]. Parum valeant, si cum Tzetzae fabularum in tragoediam, comoediam, satyricam divisione (p. 336, 3 sq.) comparaverit quisquam scholion codicis Parisini Duebneri ad Tzetzae versum de tragoedia 171: Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς καὶ ἕτεροι κατὰ τὸν Τζέτζη διαίρεσιν σκηνικῶν δραμάτων ἤτοι τραγῳδ[ίας], κωμῳδία[ς] καὶ σατύρων (v. Mus. Rhen. IV p. 408).

Appendix

De vita Pindari metrica

Vitam Pindari metricam, quam appellare consuevimus, postquam de aetate alii aliter senserunt, Leutsch, cum retractaret totam de vitis Pindaricis quaestionem, Alexandrinorum temporibus vindicavit [2]. Ad probandam opinionem argumenta ex sermone petita profert. Imitationes homericas, appetitum vocum singularium, usum vocabulorum apud Homerum rarorum aut omnino non existentium ad Alexandrinos nos non posse non vocare. Leutschii iudicio cum recentiores se subiicerent [3], nuper demum Ludwich [*Die metrische Lebensskizze Pindars*] [4] obstitit. Is inquisitione in rem metricam instituta evicit in versibus formandis anonymum vitae scriptorem pendere ex Nonno eiusque legibus metricis. Deinde in extrema disputatione recte contra Leutschium exponit ne ex sermone quidem defendi originem vitae alexandrinam, quippe cum constet quam avide Nonnus eiusque sectatores antiquorum poetarum carmina excerpserint.

---

[1] Proclum sapiunt alia velut quae de comoediae origine narrantur p. 335, 21 sqq. cl. scholio Plat. r. publ. p. 394 C, quod dubitans neoplatonico addixit Mettauer p. 36 (Scholiastae convenit e. p. cum tractatu St. Gallensi edito ab Usenero Mus. Rhen. XXVIII p. 418). Ceterum Tzetzae versus comoediam non norunt nisi bipartitam. Aliter Fielitz, De Atticorum comoedia bipartita diss. Bonnens. (a. 1867) p. 33 sqq.

[2] Philol. XI p. 1 sqq.

[3] v. Bergk PLG I[4] p. 369; Mezger, *Pindars Siegeslieder* p. 6. Similiter Schmidt, *Pindars Leben* p. 5.

[4] Mus. Rhen. XXXIV p. 357 sqq.

[5] Utor editione Graefiana.

Re autem vera etiam in verbis vitae auctorem esse Nonni imitatorem me probaturum esse spero.

V. 1 Καδμήιδος οὔδει Θήβης. Sensus vocis οὖδας ab usu Homerico discrepat. A Nonno vocabulum similiter atque a nostro usurpatur e. g. Dionys. VI 213 αἴθετο Βάκτριον οὖδας; VIII 52 Θήβης ἑπταπύλοιο γαμήλιον οὖδας; XIII 149 Κνώσσιον οὖδας ἵκοντα; XIII 539 Βοιωτοῖο . . . οὖδας ἐάσας. — V. 6 τὸν μὲν ὅτε κνώσσοντα. Conferatur Nonnus XV 111 τὸν δὲ βαθὺ κνώσσοντα (item XX 26 et XVIII 164); XVII 30 Ἰνδὸν ἔτι κνώσσοντα; XXXI 29 Ζηνὸς ἔτι κνώσσοντος; XXXI 102 Ζῆνα μέγαν κνώσσοντα; XXIX 85 παιδὸς ἔτι κνώσσοντος. — V. 8 χείλεσι νηπιάχοισι. Versus incipientes a vocabulo χείλεσι multi reperiuntur in Nonni Dionysiacis velut χείλεσιν ἀκροτάτοισι V 246, XII 204, XXVI 54, XXXV 528; χ. διψαλέοισι XV 14, XVI 385; χ. μειλιχίοισι VII 330; χ. ἱκεσίοισι XIII 13; χ. ἀφθόγγοισι XI 252, XLVII 218; χ. τερπομένοισι XV 294; χ. ἀβρέκτοισι XVII 129; χ. ἡμετέροισι XIX 31; χ. πειναλέοισι XXVI 102; χ. οἰγομένοισι XLVIII 600; αἰδομένοισι XL 36; χ. καρχαλέοισι XLII 91; χ. μηκεδάνοισι XLII 339; χ. ἀφροκόμοισι XLV 326; denique XLV 302 illud ipsum quod in vita exstat χείλεσι νηπιάχοισι. — V. 12 ὅς ῥά τέ οἱ κατέδειξεν ὁδόν κτλ scripserunt editores cum editione romana; recte retinuit Leutsch codicum lectionem κατέλεξεν afferens Iliad. T 186. Ex Nonno licet conferre XLII 429 et XLIII 143. — V. 13 μενοινῇ ex Apollonio Rhodio anonymum sumpsisse cum Boeckhio Leutsch existimavit. Apud Nonnum aliquotiens deprehendimus vocabulum atque ita quidem collocatum, ut semper fere extremus versus eo expleatur e. g. ἐπ' ἀπρήκτῳ δὲ μενοινῇ V 408, XLII 162; ὁμοστόργῳ δὲ μεν. XLII 154; ἀπειροκάκῳ δὲ μεν. IX 94, XXXIII 12; φιλοσμαράγῳ δὲ μεν. XV 73; βαριζήλῳ δὲ μεν. XXIV 127. — V. 18 ἥϊα καὶ μέθυ λαρόν Apollonium Rhodium I 659 sapere animadvertit Leutsch, apud Nonnum item legi οἰνοδόκου μέθυ λαρόν XIV 125 (v. XL 236) notaverim. — V. 19 καὶ μέλος, v. 28 καὶ μέλος. Summatim monendum est Nonno esse proprium certos certis vocibus versus locos tribuere. Quarum in numero est μέλος vox, quae saepissime cum καὶ particula coniuncta versus primum pedem occupat. Ex exemplorum ampla copia exhibebo pauca V 113, XXI 283, XXII 14, XXVII 304, XLVIII 194, XLVII 739, XXXVIII 137, XXXIX 125, XLIII 388, XX 300. — V. 19 ἐν οὔρεσιν. In hanc quoque

vocem cadit lex quam modo enuntiavimus. Legimus apud Nonnum ἐν οὔρεσι in quarto pede XVII 87, XXVII 316, XXXII 100, XLVIII 642, XLIV 31. — V. 20 ἠΰκερως Πάν apud Homerum non legi adnotat Leutsch. Vox εὐκέραος (εὔκραιρος) similesque occurrunt saepe apud Nonnum. Cum verbis supra exhibitis cf. Πανὸς εὐκραίροιο XV 35, Πὰν κερόεις XVI 312, XLII 190, XLIII 214; ὑψίκερως Πάν XVI 187. Versus in Πάν vocem exeuntes adsunt velut μηλονόμος Πάν V 297, XLVIII 675; μυδάλεος Π. VI 301; ὑμνοπόλος Π. XI 110; θεσπέσιος Π. XIV 78; ὑμέτερος Π.' XV 305; αἰγίβοτος Π. XVI 320, XVII 162, I 368; ἀγνύμενος Π. XVI 339; μειλίχιος Π. XXVII 314; Παῤῥάσιος Π. XXXI 275. — V. 31 τελειομένων ἐνιαυτῶν forma remotissima Leutsch comparat cum Empedoclis τελειομένοιο χρόνοιο. Potest Nonnus expressus esse XVI 396 τελειομένης δὲ λοχείης vel XVIII 368 τελειομένων ὑμεναίων.

Haec contulisse sat sit. Quae si probaveris aliqua ex parte iam ex sermone elicies alterum argumentum ad confirmandam Ludwichii sententiam. Ab aliquo igitur poeta, qui eruditus est disciplina Nonniana, genus Pindaricum compositum est.

Adgrediar ad alteram quaestionem, quae in adumbrando anonymi auctore versabitur. Leutsch, cum disputaret de ratione, quae intercederet inter generis scriptorem et vitae Vratislaviensis auctorem ambos ex eodem fonte hausisse statuit. Neque tamen ipse potuit, quin enumeraret nonnullas differentias, quae illi sane neque graves esse et facile excusari posse videntur. Leutsch summam argumentationis in eo posuit quod apud utrumque scriptorem idem rerum ordo servaretur. At nemo mirabitur, quod initio narrationis consensus fit, ut primum agatur de parentibus, deinde de eruditione pueri. In hac re et Eustathium et Thomam et Suidam in testimonium arcessere licuit. Sed ne hic quidem inter metricam vitam et Vratislaviensem similitudo omni ex parte perfecta est. Metrici tractatus auctor primum narrat historiolam, quae est de ape Pindarum infantulum nutricante, deinde loquitur de praeceptoribus pueri. Qui scripsit vitam Vratislaviensem primo loco agit de Scopelino praeceptore, deinde inserit fabulam memoratam, tum pergit in magistris nominandis. In eis autem, quae sequuntur, parem ordinem omnino desiderabis. Poeta noster adnectit de Thebis ab Alexandro deletis domoque poetae servata, deinde loquitur de singulari, quem ab Apolline ille expertus sit, honore, tum memorat Panem carmen

quoddam Pindaricum cantantem, denique mentionem facit bellorum cum Medis gestorum atque Pindari cum Aeschylo aequalitatis. Auctor vitae Vratislaviensis post fabulam de conspecto Pane allatam agit de Thebarum vastatione a Pausania facta, subiungit Apollinis laudationem, loquitur deinde de Pindari fine, denique de Simonide aequali. In calce apud utrumque posita est carminum tabula dissimillima ex ordine librorum, cui rei non nihil tribuendum sit. Ubi autem eaedem res ab utroque referuntur, nusquam in verbis similitudo apparet, velut in fabella valde dissentiunt ambo. Vita Vratislav. Pindaro iam adulto accidisse narrat, ut prae fatigatione dormienti apes in os mel imponerent [1], in vita metr. poetae infanti dormienti ad labella apem advolasse nutrituram exponitur [2]. In narratione de domicilio Pindarico res hic ad Alexandrum refertur, ad Pausaniam illic. Denique anonymus metricus Pindari uxorem Timoxenam nominat, vita Vratisl. Megacliam. Leutschio autem in vitae metricae contextu emendanti τῷ δὲ Μεγακλείῃ non adstipulor. Ex his omnibus mihi colligendum videtur non ex eodem, immo vero ex diversis diversas versificatoris et Vratislaviensis relationes fontibus fluxisse.

Iam Suidas in subsidium vocandus est, cuius si articulum comparaveris cum vita metrica haud scio an aliquem fructum capturus sis ad diiudicandam quaestionem. Fratrem Pindari fuisse Eritimum tradit noster (v. 4). Apud Eustathium, quo nemo uberior est, Vratislaviensem, Thomam frater non memoratur. Suidas solus cum anonymo nostro facit, quamquam in scriptura nominis (Suidas s. v. . . . καὶ ἀδελφὸς μὲν ἦν αὐτῷ ὄνομα Ἐρωτίων) differentia adest. In exhibitis autem librorum indicibus congruit vita metrica cum Suida eo, quod initio posita sunt carmina epinicia, in medio se sequuntur παιᾶνες [3], ὑπορχήματα, ὕμνοι [4]. Fortasse tertia adest congruentia. In numero

---

[1] Similiter apud Eustath. p. 93, 37 sqq. W. ex Chamaeleontis et Istri auctoritate.

[2] v. Philostr. imag. II 12 p. 417 Kays.

[3] De corrupto versu 27 extr. v. Bergk PLG I[4] p. 370 n. 1.

[4] Similitudo nec Leutschium fugit (p. 18) nec Bergkium (p. 369). De origine tabularum iudicium cohibuerim. Falsus est Leutsch (p. 19) de vitae metricae tabula. Nempe inde, quod Aristophanes in carminum epiniciorum numero id anteposuit, quod incipit a verbis ἄριστον μὲν ὕδωρ,

praeceptorum anonymus nominat Corinnam, Myrtidem Suidas. Quem si inspexeris s. v. Κόριννα fortasse non dubitabis verba Suidana ad pristinam pleniorem formam ita redigere, ut scribas mecum μαθητὴς δὲ Κορίννης, μαθητρίας τῆς Μύρτιδος γυναικός. Ex eodem fonte fluxisse, quae attulimus vix negandum sit, quamquam facile hoc concesserim auctori versuum anonymo praeter eum, unde Suidas hausit, fontem alia subsidia ad manum fuisse. Nam adsunt differentiae, quae aliter declarari non possunt. Auctor Suidae[1] Hesychius est, huius Dionysius. Itaque Dionysiana vestigia in vita Pindari metrica latent. At certe profitendum est magnam veri esse similitudinem, si duo scriptores eodem fere tempore eiusdem poetae vitam narrantes eosdem fontes adiisse statuamus.

---

minime consequitur grammaticum epiniciis odis in libris ordinandis primum locum adsignasse. Ceterum carmina epinicia a commentatoribus postea ideo in fine catalogi posita videntur, ut inde melior transitus fieret ad origines certaminum enarrandas (v. Thom. Mag. p. 100 West.).

[1] Suidae auctorem Leutsch componit (p. 16) cum Thoma Magistro ex rerum dispositione. Sed hic quoque nego eundem esse ordinem. De morte primum loquitur Thomas, deinde filias poetae memorat. Suidas post nominatos libros de Pindari morte agit. In rebus ipsis allatis, quantum differant ambo, Leutschium fugisse videtur. Quod denique habet Thomas de patre Pindari iudicium, sumpsisse videtur e Suida, cui item numerum carminum ιζ' et quae sequuntur Ολυμπιονῖκαι — Ἰσθμιονῖκαι debet. Atque ut summatim pronuntiem, quid sentiam de Thomae vita vel de antiquiore quam ille corruptam et perturbatam in hanc formam redegit, mihi non dubium videtur, quin descripserit Eustathium additis paucis de Suida (v. supra), paucis ex scholiis, paucis ex ipsius sapientia. Verba κατῴκει — οἰκίαν ἔχων fluxerunt ex schol. Pyth. III 139 p. 335 B; identidem λόγος καὶ τὸν Πᾶνα — ᾄδοντα, ubi voci ὀρχήσασθαι aliquid tribuerim. Verba εἰς ὃν ⟨sc. Apollinem⟩ καὶ πλεῖστα γέγραφε virum sapiunt cognitionem carminum Pindaricorum prae se ferentem. Ex eodem genere est additamentum ὧν δ' ἡ λεγομένη περίοδος. Haec si additis Suidanis frustulis sustuleris e vita — quae de ludis exponuntur et de prima oda Olympiaca non curo — Eustathius relinquitur. Neque in hoc offendendum est, quod ordo Eustathianus aliquotiens neglectus est, quippe cum statum antiquioris vitae turbatum fuisse acceperimus.

Caput V

De fragmentis Dionysianis quae spectant ad artem rhythmicam et harmonicam

1.

Porphyrius comment. in Claud. Ptolemaei harm. ed. Wallis. opp. mathem. III p. 219: Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Διονύσιος ὁ μουσικὸς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὁμοιοτήτων λέγων ταῦτα· Κατὰ ⟨cod. καὶ τὰ⟩ μέν γε τοὺς κανονικοὺς μία σχεδὸν καὶ ἡ αὐτὴ οὐσία ἐστὶ ῥυθμοῦ τε καὶ μέλους· οἷς τό τε ὀξὺ ταχὺ δοκεῖ καὶ τὸ βαρὺ βραδύ· καὶ καθόλου δὴ τὸ ἡρμοσμένον κινήσεών τινων συμμετρία καὶ ἐν λόγοις ἀριθμῶν τὰ ἐμμελῆ διαστήματα· ὥστε εἴπερ ἀληθῆ τὰ ὑπὸ τούτων λεγόμενα — δοκεῖ γοῦν πολλοῖς καὶ εὐδοκίμοις ἀνδράσιν — εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ῥυθμοὶ πάντες ἐν λόγοις τισὶν ἀριθμῶν οἱ μὲν διπλασίοις, οἱ δὲ ἴσοις, οἱ δὲ ἄλλοις τισί — τῆς αὐτῆς φύσεως δόξειεν ἂν εἶναι μέλος καὶ ῥυθμός· καὶ πάλιν δόξουσι δὲ καὶ οἱ μουσικοὶ ⟨cod. κανονικοί v. infra p. 51 n. 2⟩ συνεπιμαρτυρεῖν τὸ αὐτὸ τοῦτο, λέγω δὲ τὰς συμφωνίας καὶ τοὺς ποδικοὺς λόγους ἔχειν τὸ συγγενὲς καὶ οἰκεῖον τάς τε γὰρ συμφωνίας ὑπὸ τῶν λόγων τούτων γίγνεσθαι νομίζουσι· τὴν μὲν διὰ τεσσάρων ὑπὸ τοῦ ἐπιτρίτου, τὴν δὲ διὰ πέντε ὑπὸ τοῦ ἡμιολίου ⟨τὴν δὲ διὰ πασῶν ὑπὸ τοῦ διπλασίου suppl. Wallis⟩ τὴν δὲ διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε ὑπὸ τοῦ τριπλασίου· ὁ μέν γε ἴσος λόγος τοῦ ὁμοφώνου προπαρασκευαστικός ἐστιν αὐτοῖς· καὶ οἱ ῥυθμικοὶ ⟨coniecit Westphal; cod. ῥυθμητικοί⟩ πόδες κατὰ τοὺς αὐτοὺς τούτους λόγους διακεκρουμένοι[1] ⟨cod. διακεκρυμένοι⟩ τυγχάνουσιν κατὰ μὲν τὸν ἴσον καὶ διπλάσιον καὶ ἡμιόλιον οἱ πλεῖστοι καὶ εὐ-

[1] διακεκρουμένοι scripsi item suadente Praetorio amico beato; διακεκρυμμένοι Westphal; διακεκριμένοι Wallis.

φυέσταῖοι· ὀλίγοι δέ τινες καὶ κατὰ τὸν ἐπίτριτον καὶ κατὰ τὸν τριπλάσιον· ἃ μὲν οὖν ἐχρῆν προειπεῖν τοῦ προκειμένου σκέμματος μετὰ παραλήψεως τῶν πρὸ ἡμῶν εὐλογίμων ἀνδρῶν ἐστι ταῦτα.

Westphal cum omnia, quae exscripimus, verba Dionysio tribueret (*Die Fragmente und die Lehrsätze der griechischen Rhythmiker* (*Leipzig 1861*) p. 46)[1], vereor ne non recte iudicaverit. Debuit ei vox συνεπιμαρτυρεῖν rectam viam indicare. Haec cum aperte respondeat prioribus verbis μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Διονύσιος, inde elucet iam in sequentibus alios praeter Dionysium testes audiri. Dionysium excitat Porphyrius, ut Pythagoreorum doctrinam enuntiet, Aristoxeneos[2] deinde pro se ipsis loquentes introducit. Ambos evocat ut firmior fiat ex consensu opinio de meli et rhythmi natura una eademque. Porro autem progrediendum est. Inest in verbis prioris partis inde a ὥστε εἴπερ — μέλος καὶ ῥυθμός color quidam verborum ab antecedentibus discrepans. Laudantur viri εὐδόκιμοι similiter ac postea viri εὐλόγιμοι. Haec verba igitur Porphyrio tribuenda sunt, sola quae continent Pythagoreorum opinionem inde a κατὰ μέν γε — ἐμμελῆ διαστήματα Dionysio[3] vindicaverim.

2.

Porphyrius l. l. ed. Wallis. III p. 267: καὶ τῶν κανονικῶν δὲ καὶ τῶν Πυθαγορείων οἱ πλείους τὰ διαστήματα ἀντὶ τῶν λόγων λέγουσι· βεβαιοῖ δὲ καὶ τὸ προκείμενον καὶ Παναίτιος ... καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ τῶν παλαιῶν οὕτω φέρουσι· καθάπερ καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς· καὶ Ἀρχύτας ... καὶ αὐτὸς ὁ στοιχειωτὴς Εὐκλείδης ἀντὶ τῶν λόγων τὰ διαστήματα λέγουσιν.

---

[1] cf. Westphal l. l. p. 108 sqq.; *Griechische Rhythmik* (1885) p. 19 et 149; *Aristoxenus Melik und Rhythmik* p. 69; Caesar, *Grundzüge der griechischen Rhythmik* ... p. 140 et 91. Idem aliter iudicat ibid. (*Nachtrag*) p. 285.

[2] Excerpta Pselliana, quae publici iuris fecit Caesar Mus. Rhen. I p. 620 sqq., cum eis congruere, quae ex canonicis a Porphyrio in testimonium vocantur, iam vidit editor. Psellus expilavit Aristoxeni elementa rhythmica v. Caesar l. l. p. 627; Westphal, *Aristoxenus* p. 8 et 68—70. Itaque Westphal, quem non probavit Caesar, *Grundzüge* p. 91, recte emendavit in Porphyrii lectione μουσικοί pro κανονικοί.

[3] De περὶ ὁμοιοτήτων i. e. de analogiis libro aliunde non constat; de re cf. Theon Smyrnaeus p. 61, 11 sqq. Hill.

3.

Porphyrius l. l. ed. Wallis. III p. 268 extr.: ὅταν οὖν τις βούλοιτο καὶ τὴν ὑπεροχὴν διάστημα καλεῖν ὡς εἶναι τὸ διάστημα κοινὸν ὄνομα καὶ τῆς κατὰ τὸ ποσὸν ὑπεροχῆς οὐδεὶς φθονήσω· τὸ δὲ ὑπολαμβάνειν, ὅτι ἰδίως ἐπὶ μὲν τῆς ὑπεροχῆς διάστημα λέγεται, οὐκέτι δὲ ἐπὶ τοῦ λόγου καλεῖται τὸ διάστημα, πῶς οὐκ ἄτοπον εἶναι δόξειε διὰ τὰ προειρημένα· Δημητρίῳ τε καὶ Παναιτίῳ, Ἀρχύτῃ τε καὶ Διονυσίῳ καὶ αὐτῷ τῷ στοιχειωτῇ καὶ ἄλλοις πολλοῖς κανονικοῖς καταχρησαμένοις τῷ διαστήματι ἀντὶ τοῦ λόγου πέφηνε μὲν οὖν ὅπως καὶ ἀντὶ τοῦ λόγου τὸ διάστημα λαμβάνεται καὶ οὐ πάντως λόγος διαστήματος ἕτερον ὡς δοκεῖ τισι [1].

4.

Porphyr. l. l. ed. Wallis. III p. 270: τῶν δὲ συμφωνιῶν ἓξ τὸν ἀριθμὸν οὐσῶν, ἃς μόνας ὁ Πτολεμαῖος κατηρίθμησε παρεὶς τὰς λοιπάς — Ἀριστόξενος γοῦν καὶ Διονύσιος καὶ Ἐρατοσθένης καὶ ἄλλοι πολλοὶ ὀκτὼ κατηρίθμησαν — ἁπλᾶς μὲν ἐκάλουν οἱ παλαιοί κτλ.

cf. Marquard, *Die harmonischen Fragmente des Aristoxenus* p. 28, 24 sqq. et p. 64, 6; Euclides introd. p. 13, 22 sq. ed. Meib; Anonymus Bellermann. sect. 59 p. 72. Pugnat cum verbis Porphyrianis Adrastus apud Theonem Smyrnaeum (p. 64, 2 sqq. Hill.) et qui illum inspexisse videtur Proclus comment. in Plat. Tim. 192 B (p. 457 ed. Schneid.). Bellermann p. 72 n. 59 et Marquard p. 252 sqq. difficultatem non submoverunt.

5.

Porphyr. l. l. ed. Wallis. p. 277: καὶ συνεχώρει τοῦτο καὶ Διονύσιος ἐπὶ τῆς διὰ πασῶν ὅτι ⟨ὅτι om. cod.⟩ κατὰ δύναμιν ἑνὸς φθόγγου ἀδιαφοροῦσιν ⟨sc. ei qui symphoniam determinant soni⟩, ὅταν ἄλλῃ τινὶ τῶν συμφωνιῶν προσληφθῶσιν, ὡς εἷς συνάπτηται.

cf. Ptolemaeus I 5.

Ex paucis, quae nobis servata sunt, fragmentis iam nostrum est partes, quas amplexus sit Dionysius aperire. Qua in re non

[1] Diversorum de diastemate doctrinam enarrare longum est.

possum non mirari Westphalium de Dionysio non nisi ut de Aristoxeneo loquentem. Nam si fragmenta perlustraveris solum quartum, quo agitur de octo consonantiis, illum adiuvare poterit, quamquam nec Porphyrii in hac re testimonium scrupulo caret et Eratosthenes aliique multi idem docentes a Dionysio inspici potuerunt. Quid quod apud Porphyrium p. 267 Dionysius una cum Archyta, Euclide, aliis canonicis nominatur, quid quod cum iisdem fere sociis p. 268 apparet, quid quod p. 277 praeter Dionysium Archytas pro teste exstat? At examinemus Westphalii argumenta.

Profectus est ille a fragmento primo, quod falso latioribus terminis circumscripsit (v. supra p. 51). Sed concedamus aliquantisper recte Westphalium verba usque ad ἃ μὲν οὖν Dionysio tribuisse. Confert deinde [1] Dionysii verba, quae ex musicorum auctoritate afferuntur, cum Aristidis Quintiliani de generibus rhythmicis doctrina [2] consensumque, quem sibi deprehendere videtur, inde declarat, quod hic ex illius libris Aristoxeneorum doctrinam cognoverit atque explanaverit [3]. Quod ut verisimilius reddat, amplectitur Westphal sententiam de aetate Aristidis Quintiliani ab Iahnio (ed. adn. p. XXIX sq.) prolatam, qui Aristidem a M. Fabio Quintiliano manumissum esse sibi finxit [4]. Atque affert (p. 250 not.) ad confirmandam Iahnii coniecturam Ptolemaei II 8 verba ἑπτὰ γοῦν μόνα ταῦτα — ἀπεργάζεσθαι δύναμιν, quibus pugnare illum cum iis musicis, qui modos recipiunt incipientes a sonis, qui supra terminos τοῦ διὰ πασῶν excedunt, recte conclusit. Cadit hoc in τοὺς νεωτέρους, quos ex Arist. Quintil. I 10 (p. 14, 10 Iahn.) hyperaeolium atque hyperlydium tonum addidisse novimus. Aristides illos novos tonos amplexatus est. Aristidis apud Ptolemaeum nulla fit mentio. Ergo Ptolemaeus illos tonos novit ex eodem auctore atque Aristides. Νεώτεροι illi, quibuscum confligit Pto-

[1] *Aristoxenus Melik und Rhythmik* p. 66.

[2] Aristid. Quintil. I 14 p. 23, 7 sqq. Iahn.

[3] *Die Musik des griechischen Alterthumes* p. 249 sq.

[4] Moneo neque certam esse Iahnii fictionem et gravissimam persuasionis vim inesse in iis, quae Caesar, *Grundzüge* p. 2 sqq. ad probandam posteriorem Aristidis aetatem protulit. Caesarem sequitur Zeller, *Die Philosophie der Griechen* III 2[3] p. 678. Inspicias nunc contra Iahnium Caesaris disputationem 'De Aristidis Quintiliani musicae scriptoris aetate' (Ind. lect. Marb. a. 1882—83) p. IV sqq.

lemaeus proxime accedant ad Ptolemaei tempora necesse est, iidem Aristidis aequales sint oportet. Ex hac quoque parte igitur nos duci ad Iahnii sententiam (v. p. 250). Neque incertos nos relinquit Westphal, qui sint illi νεώτεροι? Dionysius nempe est ille, cui hyperaeolius et hyperlydius tonus debetur. Contra Westphalium liceat proferre haec.

Primum verba, quae ille Dionysio adscripsit, non sunt Dionysii (v. p. 51), deinde similitudo inter Porphyrii verba et Aristidem neque ex verbis neque ex re ea est, ex qua certi quidquam colligi possit ad adumbrandam inter ambos rationem, tum Iahnii de Aristidis aetate opinio nec probanda est neque etiam si probaretur, pro Westphalio pugnaret[1], denique νεωτέρους falso ad Dionysium referri evinci potest. Oppositi sunt apud Aristidem Quintilianum I 10 (p. 14 Iahn.) οἱ νεώτεροι Aristoxeno. Νεώτερος igitur est unusquisque Aristoxeni temporibus inferior. Quominus autem Dionysio duos illos tonos inventos vindicemus, impedit Adrastus apud Theonem Smyrnaeum (p. 64, 2 sqq. Hill.): Ἀριστόξενος μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ δὶς διὰ πασῶν τὸ τοῦ κατ' ἑαυτὸν πολυτρόπου διαγράμματος πεποίηται μέγεθος, οἱ δὲ νεώτεροι τὸ πεντεκαιδεκάχορδον τρόπον μέγιστον ἐπὶ τὸ τρὶς διὰ πασῶν καὶ τόνον διεστηκός· Adrastus igitur iam noverat recentiores illos, qui quindecim tonis usi erant. Hunc, etsi certis terminis includi non potest, vergenti primo vel ineunti altero saeculo adscribendum esse et aliorum et Westphalii opinio est[2].

Diruto iam Westphalii fundamento nolo diutius morari in iis, quae commentus est de consilio, fontibus, propagatione operis Dionysiani, quoniam omnia haec nituntur illius opinione, quam modo ut falsam reiecimus. At quamquam in tanta reliquiarum paucitate melius videtur iudicium cohibere, tamen hoc unum licet affirmare Dionysium maiore cum probabilitate iis adscribi, qui Pythagoream doctrinam expilaverunt, quam Aristoxeneorum sectae[3].

---

[1] Dionysius floruit sub Hadriano. Aristides libertus factus est Domitiano regnante. Facilius igitur quisquam concesserit Aristidem a Dionysio inspectum esse.

[2] v. Zeller III 1[3] p. 777 not. 4; Westphal, Harmonik[2] p. 74.

[3] v. Deiters, De Arist. Quintil. doctrinae harmon. fontibus (Bonnae 1870) p. 17 n. 6; Marquard l. l. p. 288.

CONSPECTVS AVCTORVM

qui exhibent Dionysii fragmenta
additis paginis ubi de unoquoque separatim dictum est*.

Auctor vitae Aeschyleae anonymus p. 38 sqq.
Photius s. v. Νύμφαι p. 9 sq., p. 14 sqq.
id. biblioth. cod. 161 p. 8 sq., p. 11.
Porphyrius ad Ptolem. harm. p. 7, p. 50 sqq.
Scholiasta Aristidis p. 9, p. 36 sq.
Scholiasta Euripidis p. 44.
Stephanus Byzantius s. v. Ὑδρέα p. 10 sq., p. 37.
Suidas s. v. Παμφίλη p. 21.
Tractatus de tragoedia et comoedia Ambrosiani et Parisini p. 41 sqq.
Tzetzes p. 41 sqq.

* v. praeterea de Suida c. II et III; de fragmentis incertioribus p. 8 n. 3, p. 17 n. 1, p. 20, p. 37 sq., p. 43, p. 47 sqq.; de testimoniis c. I et II.

VITA AVCTORIS

Natus sum Carolus Hermannus Scherer Cassellis Hassorum a. LXI d. XXVI mens. Octobr. patre Hermanno matre Louisa e gente Engelhardt adhuc superstitibus. Fidei addictus sum lutheranorum. Primis elementis imbutus vere anni LXXI in gymnasium urbis patriae Lyceum Fridericianum quod vocatur receptus sum a viro nobilissimo Gideone Vogt etiamnunc rectore. Deinde post novem annos maturitatis testimonium adeptus Lipsiam me contuli studiis philologis et historicis operam daturus. Continuavi studia Marpurgi per tria semestria usque ad anni LXXXII autumnale tempus, finivi Bonnae moratus per ter sex menses. Docuerunt me viri clarissimi Arndt, Biedermann, Brandes †, Curtius †, Lange †, Overbeck, Ribbeck, G. Voigt, Wenck Lipsienses; Bergmann, Birt, Bormann, Caesar †, Lenz, Schmidt, Varrentrapp Marpurgenses; Buecheler, Ioers, Iusti, Kekulé, Klein, Vsener Bonnenses. Seminarii historici participem me reddiderunt Bormann, Varrentrapp, Menzel. Vt reciperer in seminarium philologorum, cuius per annum sodalis fui ordinarius, Buecheleri, Luebberti, Vseneri erga me benevolentiae debeo. Exercitationibus archaeologicis ut interessem Kekulé, epigraphicis et philologis Buecheler benigne permisit. Omnibus his viris in primis autem Buechelero et Vsenero summam habeo gratiam semperque habebo.

Quadriennio peracto regressus in patriam usque ad hunc diem fruor consuetudine domestica. Ineunte autem hoc anno ut admitterer ad munera in bibliotheca, quae est ordinum Hassiacorum, Cassellana, contigit ad petitionem descendenti suffragante viro egregio Alberto Duncker, qui quamquam acerbissima morte nuperrime ereptus est, vivit tamen semperque vivet pia grataque memoria.

SENTENTIAE CONTROVERSAE

I. Sallustii historias inspexit Florus in enarrando Spartaci bello.

II. a) Sall. hist. IV fr. 52 et 53 (D.) collocanda sunt, ubi de Lucullo Mesopotamiam adeunte agitur. v. Cass. Dio XXXV 6.
b) ib. I fr. 16 (D.) referendum est ad Lepidi tumultum.
c) ib. II fr. 56 (D.) contra Nonii opinionem libro tertio inserendum est ex Plut. Sert. VII 3.

III. Prop. eleg. II 29, 21 legerim:
atque ita me in tectum duxerunt rursus amicum
cod. me in lecto duxerunt rursus amictu.

IV. Livii epitoma, qua usos esse periocharum auctorem et Orosium evicit Zangemeister, item deprehenditur apud Aurelium Victorem d. v. ill. X et Augustinum d. c. d. II 17; III 16.

V. In Livii perioch. II (p. 6, 15 Iahn.) scribendum censeo:
in quibus suos quoque et fratres Vitellios.
cod. fratris filios.

VI. Q. Minucius C. f., qui cum aliis senatus consulto de Bacchanalibus scribendo testis adfuit, intellegendus est Q. Minucius Rufus anni 197 consul.

VII. In Granii Liciniani p. 44 a 5 (ed. Bonn.) ut ‘colonorum’ suppleamus pro ‘veteranorum’, suadent spatii angustiae.

VIII. Stat. Achill. I 75 legendum offero:
Nec tibi de tantis placeat me fetibus unam
cod. P. fluctibus unam; rell. fluctibus unum.

IX. In Aristoxeni reliquiis (p. 20, 25 sqq. M.) διάστημα δ' ἐστὶ τὸ ὑπὸ δύο φθόγγων ὡρισμένον μὴ τὴν αὐτὴν τάσιν

ἐχόντων· ⟨φαίνεται γὰρ ὡς τύπῳ εἰπεῖν διαφορά τις εἶναι τάσεων τὸ διάστημα⟩ καὶ τόπος δεκτικὸς φθόγγων ὀξυτέρων μὲν τῆς βαρυτέρας τῶν ὁριζουσῶν τὸ διάστημα τάσεων βαρυτέρων δὲ τῆς ὀξυτέρας· ⟨διαφορὰ δὲ ἐστὶ τάσεων τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον τετάσθαι.⟩, quae inclusi, ab Aristoxeno aliena videntur.

X. In vita Aeschylea (p. 381 Kirchh.) legendum est:
αὐτὰ (sc. δραματικά) γὰρ ἐνεργεῖ καὶ λέγει μόνα τὰ πρόσωπα·
cod. ἅμα τὰ πρόσωπα.

XI. Eur. Hel. 113 propono:
χρόνον δ' ἐμείναθ' ἅλιον ἐν Τροίᾳ πόσον;
cod. ἐμείνατ' ἄλλον.

XII. Hugonis Flavigniacensis verba 'primum hoc fermentum — quantum ad illos depositus' (M. G. SS. VIII p. 431) descripta sunt ex Gebehardi Salisburensis ad Hermannum Mettensem epistula (Gretseri op. VI p. 444).

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.



Gd 35.30
De Aelio Dionysio mysico qvi vocatv
Widener Library
006530896
3 2044 085 111 300